

primordio, nulli deorum tulit acceptum præterquã fortunã, quod ex Seruo regnũ esset adeptus; sed cui potius acceptũ referre potuit homo in Cimmerijs ortus tenebris exseruus seruus natus, diadema tulit: excusit id insigne illi subita fortunæ mutatio: folio deiectus præceps ex curia agitur, crudeliter interficitur: quod omnium atrocissimum fuit, filia per iacentis corpus egit curcum.

De Lucio Metello.

Lucius Metellus, qui quindecimuir fuit Magister equitũ, bis consul, Pontifex maximus, primus elephantos in triumpho duxit, cui decẽ illa ornamenta affuerũt, quæ felicissimo ciui, in ciuitate felicissima possunt contingere: fuit enim strenuus bellator, orator optimus, imperator felicissimus, maximas res suis auspicijs gessit, summis honoribus usus, insigniter sapiens, senator ornatus, pecuniã honesta ratione quæsiuit ingentẽ, plures liberos reliquit, clarissimus fuit in clarissima ciuitate. Ceterũ ne fortuna cum uno semper eadẽ esset, hũc felicitatis cursum subito restatu damnauit, priuauitq; hominẽ luminibus, ne non his tantũ, quæ in eum indulgenter conulerat, bonis frui non posset, sed etiã ut luce illa, et splendore, in quo uiuebat priuaretur.

De Eustidio Senatore.

Proscriptus, L. Sylla Eustidium senatorem, seruatusq; est magis casu quã hominum consilio idem.

idem postea annos sex et triginta à fortuna ampliatu in Antonij Lepidi et Octauij proscriptionem incidit, et quod ipsi sit fortunæ magis inuidiosum, constat tum demum proscriptum, non quia hostis esset, sed quod priore proscriptione seruatus.

De P. Ventidio.

Lusit in P. Ventidio fortuna, iustiq; ad derisum usq; mortalium, et uite huius ludibrium. Vẽtidius bis puer ductus in triumpho est: Idẽq; primus Romanorum ducẽ de Parthis triumphauit, et qui multo fuit à principio, mox inopẽ iuuentã in caligã egit dux factus eam gentem bello fregit, quæ una omnium ad orientẽ solẽ Romanos fregerat conatus.

De L. Fulvio Tusciano.

Mirabitur omnis posteritas, nec fortassis sit fidei accessura, quod unus aliquis de eaciuitate triumpharit, cuius ciuis et cõsul eodem anno fuisset. L. Fuluius Tuscili natus et ciuis et consul cum ad Romanos quadam de causa transiisset eadem dignitate suffragio populi ornatus, Tusculum prouinciam extra sortem adeptus, tam feliciter rem administrauit, ut Romanus triumphans reuersus sit, nouitate exẽpli magis quã uictoriæ magnitudine ad posteros nobilis.

De altero Metello.

Metellus qui fuit eius Metelli nepos, de quo insignis fuit capitis huius relatio à Catinio

Labeone Tribuno plebis uolenter ad supplicium rap-
 ptus, perisset haud dubie, & ignominiose admodum:
 eo consilio à Tribuno arreptus, ut ex Tarpeia rupe
 precipitaretur, nisi filiorum occursum, Tribunorum in-
 tercessione aegre impetrata, periculo subtractus es-
 set. Ceterum hic qui tam atrociter tunc periclitatus est,
 ex uictoria non ignobili, Macedonici cognomen tulit,
 ac uita defunctus à quatuor filiis est rogo illatus, uno
 pretore, tribus consularibus, duobus triumphalibus,
 & uno censorio: sed uix in hoc tantum boni, quantum
 iniuria illa contumelia: quanquam si paria sunt, compa-
 renturque bona malis, nunquam tamen haec cum illis equi-
 librari facient.

De Augusto principe,

Quam indulgeter, & in quam multis fors haec
 cum Augusto principe egerit, popularis illa
 Rom. auitatis acclamatio indicio est, in noua principum
 creatione: ubi in bonum omne saepe est repetitum, felici-
 or Augusto, Traiano melior. Sed in hoc quoque, ma-
 gna censentur fortunae uolumina, nondum uiginti na-
 tus annos, consul fuit, Imperator ductauit exercitum,
 Maioris auiunculi caedem ultus est ad facietatem, gra-
 uissima bella, Mutinense, Pharsalicum, Siculum, Peru-
 sinum, Ambracium, Aegyptiacum, & Cantabricum, ex sen-
 tentia confecit. Ianum tertio clausit, terrarum orbis re-
 gimen ad se receptum, ad extremum uitae pacatissime
 rexit: & haec blanditiae fortunae. Ceterum haec eadem
 tam saepe est & atrociter aduersis interpolata, ut
 difficile

difficile sit iudicare an mortaliū quisquam fuerit illam
 uolubiliore expertus: uicit ille ad extremum omnibus
 bellis, sed saepe interim exagitatus est. bis maris sae-
 uitia classibus exutus. Italiae fames unum impetrata, ini-
 micorum conuersiones, filiae, & nequitiae publica adul-
 teria, legionum caedes, amicorum suspiciones, insulicatis
 argumenta tam multa praeter haec & magna, ut diffi-
 cile sit iudicare, fuerit ne alternatio rerum, ex incon-
 stantia subscribentis fortunae an blanditiae, quae leuis
 dulcissimos fauos manu firret, dextera absynthium.

De populo Romano.

Totum idque huiusmodi sese ingerunt exempla,
 ut nisi modus adhibeatur, difficile sit exitum in-
 uenire, sit itaque satis ex domesticis haec posuisse, qui-
 bus contenti esse potuimus, nisi unum superesset di-
 gnissimum relatum, quia sit publicum. Etenim quando unquam
 magis uarie lusus caeca, & improba fortuna, quam
 secundo Punico bello quam rem Romanam, quam ad
 Ticinum percussit, ad Trebiam se egit, prostravit ad
 Trasimenum, ad Cannas afflixit, iacentem, & procul-
 catam ad Solam suscitauit, in Hispania erexit, ad Me-
 taurum restituit, ad Zamam uictoriam declarauit. acci-
 dit sane, quod nullo unquam bello, ut propiores fuerint
 periculo, qui demum uiceret.

Septimi exemplorum libri finis.


MARCI

ANTONII COCCII SA
BELLICI EXEMPLO
RVM LIBER VIII.

DE CHARITATE ERGA PA-
TRIAM Caput I.



Lato uir summus, & ueritatis ami-
sissimus, nullam in terris maiorem
esse charitatem arbitratus est, quam
que cum patria est unicuique nostrum,
hec parens, hec nutrix omnium,
hec artibus, opibus, disciplinis instruit, dignitatibus
ampliat, omnia ad suorum animi comodum, & orna-
menta refert, amat hec, & uult ipsa amari, tuetur
suos, nec uult negligi, et, ut breuiter dicam, patria a di-
uibus exigit officia, quod cuique nostrum prestat, suo
iure repetit.

De Dauide.

Q uale hoc sit, aut quantum, quod patrie de-
betur, uidit sagaciter fortis, & sapiens Da-
uid, & quod magis miretur aliquis nodum ex cpe
bis egressus, qui non solum pro patria, sed pro uni-
uersa gente, & si amicis dissuadentibus, immo deter-
rentibus.

rentibus Philisteo immanis stature uiro sese obtulit,
cum quo Iudeorum nemo audebat ex prouocatione
congrredi, subiit id certamen adolescens, certo consi-
lio, ut pro suorum salute aut caderet, aut pestem il-
lam immanem tolleret: stetit pro tanta indole non
tam robur corporis, quam celi prouidentia, uicit,
qui alioqui uincendus fuit, & qui casurus descendit
in certamen, uictor ad regum est fastigiū seruatus.

De Aiotho.

Nec Aiothus (quādo in claris nominibus oīs
exemplorū ratio sita est) Aegelonem Moa-
bitarum regem solus adortus esset, nisi patria illi fa-
uisset charior uita, & dedit itaque cedem tam insignem,
quā ad libertatem uindicandam utilem, uirtus ho-
minis fiducia, ingens, sed pietas multo fortius id faci-
nus peregit.

De Esdra.

Q uid Esdra? quo & ipse fuit affectu erga pa-
triam? qui diuinarum rerum scientia, & san-
ctitatis opinione Xerxi Persarum regi insinuat, ut
primum illud nouissimumque à rege petijt, actenuit,
ut ad urbem, & templū instaurandum cum suis po-
pularibus ex Assyria liceret in Iudeam reuerti. Ma-
iore fortassis pietate censendus, quā qui in bē ipsam
condidit, ille suorum commodum secutus uideri po-
test, hic solius patrie, ille ut esset effectus, hic ut extim-
ata reuiuisceret.

De Plaz

De Placidia Honorij Cesaris sorore.

Imminebat Ataulphus Gothorū rex excidio ut bis à se capte, ut ea direpta, & euerſa, aliam diuerſo loco conderet, quomā Gothiam pro Roma, Ataulphos, qui in ea imperitauerat pro Cesaribus appellaret, ut per hæc omnis Romani nominis memoria intercideret. Caterum precibus tempeſtina uaq; Placidie contungis (erat hæc Honorij principis soror) diſſuaſione, propoſito auerſus, tantū abſiit, ut dirum id conſilium ſit executus, ut inſtaurata tor urbis dici uoluerit, non euerſor.

De Franciſco Dandulo.

Extat Franciſci Danduli exemplum, ad poſte ros memorabile: quippe qui ut patriam ab ignominioſa Pontificis cenſura uindicaret, diu humiliter proſtratus iacuit ad Clementis Ro. Pontificis menſam cathenis uinctus: ſed patria cum eo mutua pietate certauit, ſuumq; ciuē tanto ſublimius extulit, quanto ille abiectus ſe, & contempubilius geſiit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

ET PRIMO

De Ariſtide.

Sed in nulla gente, populouē plura huius modi affectus exempla reperire eſt, quā in Romana ciuitate, quæ tantum, ac neſcio plus etiā exemplis ualuit, quā uetus Græcia præceptis. Nam tametsi Ariſtides uir atioqui inſiſſimus

ſiſſimus ab officio deſlexit pro patriæ ſalute, & Cratiſſidia Cleomenis mater, uliro pro patria ſe obſidem, cum nepotibus obtulerit, Midias & Calliphron Athenienſes tametsi exules, deprecari fuerint excidium patriæ à Cornelio Sylla: ſit & ſama multo uetuior de Cōdro rege, qui uliro mortem pro patria oppetiit, Romana tamen ciuitas maior a tulit, & plura iam hinc ordine dicenda.

De Mutio Scaeuola.

Quis unquam pro patria tantum auſus eſt, quantum Mutius Scaeuola? qui ſine ſpe ulla ſallenā hoſtem, Porſenam Hetruſcorum regem ſero petiit, ut Romam ſeruitutis periculo eximeret: Quid quod conſilio deſtitutus, atrociter in ſemetipſum ſeuigit? ut rex illi iure iratus, ſeuire deſierit, ſupplicij atrocitate motus.

De Curtio Equite.

Nec ciuis ullus unquam ſecurior mortis apparuit Curtio, qui ut patria incolumis eſſet prudens, uolensq; præciſa omni ſpe ſalutis, in profundam ſeſe uoraginem præcipitauit.

De Decijs.

Clara Deciorūq; nomina, qui eundem affectū ſecuti ſe caputq; ſuum dijs manibus deuouerunt, hic Latino bello ad Veſuuium, ille Gallico in Sentinati agro, utiq; patriæ, Romanarumq; legionū, quā proprie uitæ amantior.

De Sertorio

De Sertorio.

Quid Sertorius: qui quores sue in Hispania latiores esse, maioribusq; prelijs uincere uidebitur, eo impensius à Metello & Pompeio hostibus ducibus petere, ut positis armis liceret sibi tuto Romanam reuerti, priuatum dictitans male se iucundissimo patrie aspectu frui, quam multarum urbium imperium obtinere.

De Pompeio & Crasso.

Marcus Crassus & Pompeius quia Capitoliini Iouis oraculo persuasam habuerunt, ad rempublicam pertinere, ut eo consulatu abeuntes quem discordi animo gesserant, cum sacris uodidum & similitatem deponerent: in conspectu Romanam populi inter se pacificati sunt.

De pluribus uno loco exemplis.

Huic spectat memorabilis Catonis exitus, M. Bruti & C. Cassij constantia, Fabrij continentia, Curij paupertas, Camilli celeritas, huc ingens ille uirtutum comitatus, quarum alie in alijs fuerunt, quibus partum est Romanum imperium & altitum. Alie ciuitates alio successu creuere, sola Romanam uirtute creuit.

De Agesilao.

Reuocat nunc stilum ad se uetus Græcia, & ipsa exemplorum non infœcunda. Agesilaus Lacedæmonius, quo nullus Græcorum ducum maiorem

maiores ex re bellica laudem reportauit, quicquid sibi gratiæ ab externis gentibus, aut à ciuibus debebatur, id omne in patriæ, quæ illi charissima fuit, uisum, & ornamentum uertisse dicitur.

De Themistocle.

Nec Themistocles nisi oppidò patriam amasset, tam enixe elaborasset, ut is, qui suffrago populi parum idoneus dux creatus esset, parumq; reipublice utilis, pecunia corruptus, ultro sese imperio abdicarit.

DE PRINCIPVM DILECTIONE IN SVOS. Cap. II.

De Mose.



ihil amabilius est miti et benigno principice, nihil ad urbium, populorūq; tutelam, & salutem conducibilius. Nam quid per acum optabilius est, quàm ut is, qui potestate, & dignitate præstant, tantum suis prodesse uelint, quantum opibus, & gratia ualent? Perierat omnis Iuda in deserto, à uino cultu aberrans, nisi Moses princeps gentis & dux, exciditum, quod ipsi genti imminebat, esset à numine deprecatus, fauorēq; diuinū à populo alienatū precibus impensis reuocasset: quod nisi plurimū dilexisset, tam grauis culpæ deprecatorē se nunquā obtulisset.

De Helia propheta.

Helias propheticò spiritu inter suos longe ad princeps

princeps, cum cæli inclementia omnia laboraret (totum enim triennium nihil e' cælo pluerat, ac iam prope erat, ut terra uictum negante, fame, & siti animalia interirent) impensissime deū precibus fatigauit, suorum calamitatis miseratus, tenuitq; precado, ut suis sit temperies terris reddita.

De Heftere.

Inuenit sibi facile locū inter tot illustria noiā Hefster mulier. Cæterū eadem gente orta, quæ cum Artaxerxis edicto in cuius pellicatum fuerat, recepta, ut omnes uno die Iudei toto ipsius regno ex cōposito interficerentur, suæ gentis periculo commata, non leges, non regis edictum reuerita, quem prohibebatur adire, nisi a cæteris, adij; tamen, suorūq; exacidium deprecata, non solum pij uoti compos facta est sed Amanem etiam, cuius Iusui & impulsu fuerat id periculum Iudæis conflatum, in eam sublātū crucem uidit, quam dirus satellis Mardoche parauerat, puellæ auunculo.

De Iora Iudeorum rege.

Ioras in dira obsecransq; fame, cum ne à suis quidem partibus mulieres abstinerēt, fame adactæ, rei atrocitate, domesticq; suorum clade percussus, scidit sibi uestes à pectore, regum nomen pertusis: publice testatus, multo impensius se dolere, quod ciuitas hostibus circumfessa, inedia conficeretur, quā quod ipse cum suo regno periclitaretur.

De Christo.

De Christo.

Sed omnium exemplorum magnitudinē superat Christi regis optimi pientissimus affectus, qui ad eō humanū dilexit genus (erat enim & ipse homo, licet Theantropos) ut famem, sitim, æstus, frigor, peregrinandi, docendi, prædicandi labores tulerit, conuitia ad hæc & probra, & demum ne crucis quidem patibulum expauit, acerbissimum genus mortis: ut per hæc infelix homo, qui sua culpa rue rat, in integrum resitueretur. Benigni, & munifici principis est, auum, & argentum spargere populo sed pro suis uitam effundere, non solum munifici est, sed beneuolentissimi.

De Gelasio pontifice.

Exiterūt in lōgissima Romanorū pontificū serie Christi imitatores oppidō multi, & in his Gelasius, cuius pontificatus incidit in Theodorici regis temporibus omnium qui unquā Barione sedem tenuerunt impensissime clerū dilexit: & ipse multo affectu ab omnibus dilectus: quod eo magis mirum est, quod rarior innocentia & popularitati locus in summa administratione relinquitur.

De Ioāne Particiatio, Veneto duce.

Abdicauerat sese ducatu in Venetis Ioānes Particiatius: cōsternata dein ciuitate Candiæ ducis casu, qui in Narëtanis cū tota classe uictus mortē occubuit: populi rogatu, tantisp̄ dū nouus prin-

ceps crearetur honoris insigni arecepit, ne quā intir
rim cladem adiret res publica. erexitq; hortatu, et
presentia sua, ciues mœnore affectos: mox uerò ubi
nouus est dux in demortui locū sufficitus, ulro sese
in ordinē redegit: docuitq; præclare, ut prodesse
possis tuis, non præesse, publicos honores expecto.

De Paulino Nolano Antifite. (portere.

Paulinus Nolanus Antifites omnem suam Van
dalicis temporibus pecuniam consumpsit in
Nolanus ciuius redimendis, quæ defectus seipsum in
mancipium hostibus dedit, ut uideat filius restitueret
tur: sed felix seruitus, quæ non solū propria ipsius sit
libertate, sed suorum etiam ciuium donata.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
ET PRIMVM

De Publicola.

Fvit et in cæterorū hominū multis hic in su
os insitus à natura affectus, ut Valerio Pu
blicola, qui ex ea re sibi cognomen inuenit:
is nocte una domum demolitus est, quā in
Vclia parte urbis paulo minentiore ædificabat, quia
ciuibus non placeret: suis orphanis, et uiduis tribu
tum remisit. Consul fasces submisit Romano populo,
leges tulit, quibus Rom. est libertas stabilita: facile
proinde consecutus, ut tam charus fuerit populo,
quā charissimorū alius: par decus cum Bruto ade-

ptus

ptus in morte, cuius in libertate asserenda adiutor fu
it, nomen uerò omnino maius, quia populare.

De Cimone Atheniensi.

Cimon Atheniensis non solum suos dilexit ci
ues, sed humani etiā generis beneuolentissim
us fuit: is suos agros, et pomaria ciuibus, et pere
grinis cōmunia proposuit: si quæ præterea grādem
nati intuitus esset, trita aut sordida ueste amictum,
unū aliquē ex suis affectatoribus, quos ad hoc ipsum
honeste cultos circa se habere cōiucit, iubebat cum
eo uestem commutare: crāt et quibus negotium in
iunxerat, ut pauperibus, et egenis occulte pecuniā
subministrarent: qua in suos beneficentia consecutus
est, ut Comædiæ testimonio, diuinus sit homo appella
tus, omniumq; Græcorum optimus.

De M. Crasso.

Talis, ac nescio an maior etiam, in eo genere
Romano populo et tres minas uiritim, nulli ciuium
suum patrociniū non libens impendit, nullum in uia
non salutauit, fecitq; unus omnium popularem auri
tiam, ex qua nemo antea gratiam reportauit.

De Aphricano maiore.

Scipionis uero, qui maior est Aphricanus appel
latus, memorabilis uox illa merito est à multis
celebrata, qua is sepe in imperio usus dicitur, mal
le se unum ciuem seruare, quā mille hostes perdere.

AA 3 De Tito

De Tito Vespasiani filio.

Titus Vespasiani filius, imperio potitus, tam in omnes, & clemens fuit, ut humani generis delicias, ciues, et peregrini appellarent: seruit, cum nihil cuiquam negaret, à quodam familiariter rogatū, ecquid putaret ne imperium tanti esse, ut omnia quæ promitteret, prestare posset: tantum dixisse seruit, non oportere quenquam à principis conspectu tristem abire.

DE PRINCIPVM SAEVITIA,
ET CRVDELITATE.

Caput III.

De Saulo rege.



Nunquam homo longius à se recedit, suæque naturæ magis obliuiscitur, quàm cum irascitur: hic demùm affectus efficit, ut animal alioqui nobilissimum, ad mansuetudinæ, & clementiam natum, multo sit feris similis, quàm sibi ipsi, non rationis, non officij memor, iræ dumtaxat indulgens: quæ omnium perturbatorum sola mentem suo loco dimouet, & agit præceps: id cum alijs nihil obscure accidit tum Saulo, qui primus rex fuit in Iudæa, usque ad eum exardescere solitus, ut non irasci, sed furere, & lymphari crederetur: enim vero regis appellatione nuper recepta, auditaque ab aratro

aratro suorum hominum legatione, Hammonitarum iniuriam querentium, bobus aratorijs, quos præse agebat succidit crura, dicto præfatus fore, ut sic non aliter disperirent, quicumque sibi eo die ad Iordanem fluuium non præsto in armis essent. Eiusdem præceps illud & seuum in filium Ionatham, implacabilis in Dauidem iracundia, in hostem peritina, quæ ne fati ali quidem cessit necessitati: perijt tamen omnibus multo charior, quàm uixit.

De Abimalecho.

Sæuior adhuc Gedeonis filius Abimalechus, qui dira regnandi cupidine septuaginta fratres crudeliter peremit, uno dumtaxat ex phalange tam numerosa, egre fuga subtracto, prouidentia (credo) id factum, ut mentem tot furijs agitatam unus etiam uiuentis metus sollicitam haberet: ut per noctem furiarum faces, inter diu ultricem formidaret fratris dexteram.

De eodem.

Idem Sichimitas, quia se urbe, & tribu eiecissent, incautos adortus, agrorumque intetos operibus, sine sexus, & ætatis discrimine passim trucidauit: urbem uicinctam diruit, sparsitque in eius area salæ pro semine: profugos indiget, qui uelut tutissimum Asylum templum multæ religionis occuparant, cum liberis, &

Ad 4 uxoribus

uxoribus circumdata lignorum strue, fumo, & asu
crudeliter necauit.

De Athalia.

Quid Athalia omniau foeminarū seuisimat
que omnē Dauidis stirpem sustulit, regnan
di cupiditate, nec impune, expendit crudelis mulie
er sui sceleris poenas, in ipsisq; templi foribus, cuius
condendi idem fuit, qui & casē stirpis autor, multa
tis vulneribus confossa concidit.

De Herode.

Herodes uerò non seuius fuit solum, sed im
pius, qui tot milia puerorum obruncauit,
ut innocentem, & sanctum interciperet partiū. Di
rum facinus, atq; eo omni seuitiā seuius, quo long
us ab eorum etate, qui interfecti sunt, omnis absuit
culpa, sed neq; rex propositum tenuit, & sanguis,
qui tum temere effusus est, in regē stirpis, totiusq;
gentis caput redundauit.

De Vitoldo.

Tvlit recētor etas, exemplū seuitiæ nō parū
memorable. Vitoldus Lituaniæ dux (fuit olim
hec Taurica Chersonesus, nisi nullū opinioē fallor)
homo truci, seuoq; ingenio, si quem morti destinasse
set ur sinus inuolutos pellibus canibus lauandos ob
iiciebat: nunquā bellicis expeditionibus non inten
tum habuit arcum, ut ordine aberrantē sagitta trā
figeret, hanc in principe intemperiem, adeo expa
uit gens

uit gens alioqui ferox & mortis contemptrix, ut
multi eius impetum secuti, ultro sine carnifice uī
tam sinuerint, ueneno aut laqueo.

De Ecelino.

Verum hunc & omnes Christiani nominie
uiros crudelitate superauit Ecelinus qui
circa Taurisum & in Euganeis exercuit tyranni
dem, castrauit pueros, uitiauit uirgines, matronis
ademit mammas, pręgnantium uiros execut, par
tus excetos in ignem coniecit, bisseña Patauinorum
milia, qui secum militabant, audita Patauij defecti
one, ad unum interfecit. Victus prælio, uulnus quod
in pugna acceperat, rescidit, ut tā crudeliter quā
uixit moreretur.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

ET PRIMVM

De Diomede & Busiride.

Sunt in alienis gēibus plura adhuc, atroci
oraq; truculenti huus affectus monumen
ta, quia minus in his fuit quā in nostris homi
nibus ullus pietatis respectus Longum sit
credo & superuacuum omnia conscriptari, insignia
placeant. Sic breuior erit relato, & quę in ordi
nem uenient, erunt scitu multo digniora. Iacebunt
itaq; in caliganti uetustatis recessu, quę de Diome
de & Busiride sunt poëtarum fabulis adumbrata.
Non enim monstra hominum sequimur, nā quo alio

noīe uocetur is, qui humanis carnibus quadrupedes
pauisse dicitur.

De Phalaride.

Peruetus est fama, & opinio ab omnibus rece-
pta, nullum tyrannidem crudelius Phalaride
exercuisse, quippe qui exquisitissimis non contentus
supplicijs æneo usus est tauro, quo miseri mortales
inclusi, mugitus ædere uidentur, cum medio cruciatu
ingemiscerent: in quo illud minus crudeliter fecit,
quod tam monströse machine artificem omnium pri-
mum inuento affecit supplitio.

De Cambyse rege.

Magis ne seuis, an demens fuerit Cambyses,
difficile dictu est, qui uictor non solum non
hostibus peperat, sed ne dijs quidē, deorumque sacra-
dotibus: fratrem præterea, & sorores duas occidit,
Apim bouem ferro uiolauit, ut non hominum solum,
sed & deorum (ut stulta credit Aegyptus) contem-
ptor, & hostis crederetur.

De Alexandro Phereo.

Sed Cambyses quia demens, aliqua fortassis sit
suenia dignus: At Phereum Alexandrum nullā
posteritas non detestabitur, qui uiuos obuersis inter
se faciebus sepeliebat homines, uxorū, cæterorumque
terribilium ferarū pellibus contextos, & in quadru-
pedes feras transfiguratos, uenatoribus confodien-
dos, laniandosque cambus obiciebat, hastam, quā
Polyphranē auunculū peremit, sacravit, festaque præ-
cinxit

cinxit corona, ac tanquā deo cuidam sacrificauit, di-
gnus eo cruciatu, quo uixit, qui omnia sibi infesta pu-
taret, quia omnibus esset infestissimus.

De Tiberio principe.

Vlcerunt omnes tyrannorum carnificinas Ro-
manorum principum quidam: citentur obiter
Caprea, testabiturque Tiberij principis truculen-
tia, quam in puero præceptor deprehendit, appella-
uitque sinum cruore maceratum.

De Caligula imperatore.

Quid huius discipulus Caligula: an non satis
nota est eius uxorē carnifabius præcipiens,
cum fontes plecentur, curate ut sentiat se mori: nec
minus illud dirum, & detestabile: optauit aliquando
palam, ut Rom. populus unam haberet crucem, quæ
uox nihil obscure testata est, quod processura fuerit
feritas illa ingenij, si quantum libitū esset, seuire licus-
set.

De Domitio Nerone.

Nec mitiore fuit in suis animo altera fax hu-
mani generis Domitius Nero: is nō in ciues
solum, sed in domesticos etiam penates exercuit ty-
rannidem: & quod omnium atrocissimum in eo fuit, pa-
triam, quæ cum genuit, instituit, ad fastigium honoris
exulit, hostiliter incendit.

De Domitiano principe.

Sed minus hi nocent, quā Domitianus, qui
suauam urbem reddidit omni nobilitate con-
sumpta.

sumpta, ut prius sciuendi materia defuerit, quam sanguinis facietas.

De Tamberlane.

Superavit auorum memoria ceteros mortales scuitia Tamberlanes scytharum rex, nullus hominum audius humanum sitiuit cruorem, si uera sunt, quæ de eo feruntur. Rogatus quandoq; quid tantum scuitiæ indulgeret, & quod nulli esset exorabilis, nullis precibus flecteretur: toruo aspectu, atq; ex candescenti similis, respondisse dicitur, an tu me hominem putas, & non dei iram potius, ad hominum perniciem in terris agentem?

De Pherotima Cyrenaica.

Possunt quæ de Medæ crudelitate traduntur ob uetustatem fabulosa uideri, atqui de Pherotima Cyrenarum regina, non possunt: Est enim recentior de his memoria, ac propterea minus cunctanter ponenda. Disposuit illa Cyrenensibus irata, miserorum ciuium corpora palis defixa, circa muros urbis, mulierum mammæ uiolenter auulsas in publico suspendit.

De Parisatide Cyri iunioris matre.

Sed quando immanior femina, aut portentosa sor extitit unquam in terris, ingentis oris in humanis corporibus cruciandis, quam Parisatis minoris Cyri: quæ præter cetera supplitiorum monstra, commenta est rationem, quæ humana corpora gignerent

gignerent sibi uermes, quos paulatim suis carnibus alerent, adultos, & ualidius in se grassantes ingenti cruciату ferrent, Iquo ad corpus miserabiliter consumptum, mortem lentius admitteret.

DE ULTIONE.

Caput III.

De Israëlitis.



Mnis ultionis mater est iniuria, soror ira, quo maior est, eo certe minus seruari potest modus in ulciscendo, hinc graues multæ, et memorabiles ultiones, testes hominis sæpe à ratione laborantis, nemo iratus non uult tantum sibi licere, quantum libeat, quod nisi sic esset, contenti esse potuissent Israëlitis filij morte uindicta, quæ ea fuit, qua usi sunt ulciscendo Dine sororis sue raptu. Sichimitas populariter trucidauerunt, cum ipse iniuriæ autor tanti uideri potuerit, ut citra uim omnem puella repeteretur, uel quia regis filius esset, aut quod illius sponsus esse potuit.

De publica Iudeorum ultione.

Pari affectu, sed euentu adhuc tristiore, omnes Iudeorum tribus in Beniaminis cognatos suos hostiliter, & uelut sacrata lege coniurarunt. Ob Leuite coniugem Gabæ ad stuprum raptam, dimicatum est sæpius acie aduersus totam gentem, consumptaq; demum ferro est tribus una nobilissima, pauci admodum media suorum strage reuulsi, in montium

mōntium deferta abierunt, per quos egre, extinctū propemodum, genus est deinceps reparatum.

De Tamneis.

DEspondit sibi Samson Iudæorum fortissimi Tamneam connubio puellam: fuerunt Tamnei in Philistis. Nupsit inde hæc haud inuitis parentibus procorum cuidam, ea uir fortis & iracundus contumelia acensus, uarijs Tamneos affecit claudibus, quibus malis irata ciuitas, parenes, & puella publice cremauit, hanc, quia nouo connubio in dulsiſſet, illos, quod nouis nuptijs non interceſſissent.

De Daude rege.

Magnum illud & memorabile ultionis exemplum, quod Dauid rex Amalechitam hominem uita priuauit, quod Saulū regē, quē semper inſenſiſſimū habuit, interſiſſet, magno quidē hoim doctōe, regā maieſtatē niſi à rege uiolari oportere.

De eodem.

Pari exemplo interſici iuſſit Banam, & Rechabum, qui Remmonis ſue re filij, quia Iſoſetum Sauli filium dormientem peremiſſent, cum nihilo is eſſet in Dauidem pacatōre, quā pater fuerat animo, ceterū plus uoluit apud regē regū ſanctitas, quā inſenſiſſimi regis iniuria, quā propria ſalus, quā nihil eſt homini natura optabilis.

CDe Cheldiberto Francorum rege.
Cheldibertus Francorum rex, ut materni auctorem

cedem ulāſceretur, Burgundijs bellum intulit, Sigifmundumq; eius gentis regem, cum liberis, & uxore captum, in profundiffimum puteum præcipitauit, interſiſſet & Almaricum Viſogothorum regem, qui in Hiſpania late imperitabat, quod ſoror illi connubio iuncta, ab eo indigna pateretur.

De Conſtantinopolitanis.

Sed nulla ciuitas in ſe ulāſcenda, magis ſuo doſlori, quā Conſtantinopolitana indulſit ciuitas, quæ Andronico imperatori (quia cum ſorore ſuorum patraret, alexioq; pupillo interſiſſet imperiū aggreſſus, omnem propemodum nobilitatem alioſ alia iniuria affixiſſet) abrogauit primo imperiū, in ordinem inde redactum, altero priuauit oculo, aſinaq; auerſum impoſuit, beſtiæ caudā pro ſceptro habentem, pro diademate aliorum reſtem, per urbē inde circumuehitur, uirū, ſcænuſq; in cum probrā iacentibus, lutumq; et alia ſcediora dictu in prætereuntem congerentibus, poſtremo laqueo pendens unciſ, & harpagonibus eſt laniatus, multū particulam corporis unco adeptam non ſolum attricare, ſed mandere etiam ſunt auſi.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

De Laurentinis.

MIſerat Romā legatos Laurentina ciuitas, ſuntq; hi cōtra ius gentiū uiolati à T. Tatij neceſſarijs, regnauit is cum Romulo, niſi ſunt inde qui res more

maiorum repeterent ut fontes ad supplicium dederentur. Valuit pius gratia apud Tatum quā iura hominum suntq; legati re infecta iussi retro abire. proficiscuntur nec multo post Romani reges ad sole mne sacrum Lavinium. Hic Laurentes ambos ad orti Romulum, quia autor fuerat iniuriæ vindicandæ uti iustum incolumen dmittunt, Tatiū regni cōsortem publicitus trucidant ut tyrannum, & huiusmani iuris contemptorem.

De Atheniensibus.

Non tam bene odijs quā armis bella transiguntur, ea lege ut uicti melioribus pareant. At Samij modico quodam successu elati, Atheniensium captiuos noctuæ figura inusserunt, publicam, ut credere est, eius ciuitatis religionem aspernati. Est enim ea uolucris Mineræ sacra. Athenienses contra, nam iniuria semper iniuriam parit, sauios bello captos nō noctuæ, sed sanæ nauis signo deformarunt.

De Sertorio.

Nulla suorum temporum nouitate Romana ciuitas maiora tulit scelerum monstra, quā cum inter Syllam & Mariū est, de summa rei in urbe, & foris amicitum, Nec in tantis malis uiderunt indignius quicquam miseri ciues, quā quod Marij permissu seruitia (adeo creuerat eorum licentia, quibus ille septus in urbem ab exilio redierat) ad libitum

ad libitum grassarentur in ingenua Romanorū corpora: quā Sertorius iniuriam haud ferendā ratus, et si unus Marianarū partium, facto in seruos impetu, ad quatuor milia eius generis in campo trucidauit.

De Alexandro magno.

Vltus est et magnus Alexander lesam regum maiestati, & memorabili quidem exemplo prodidit. Bessus Bactriæ præfectus, Darium regem post Persicæ opes triplici prælio afflictus, uincitū le taliter cōfodit: hūc Bessum in potestate redactū Alexander, ut documento esset omni posteritati, duas arboribus ex aduerso multa uin se à uertice inflexis religatū, dissectisq; res ēte uinculis atrociter laniauit, cacumimbus sua uic corpus in diuersa distrahentibus. Disphendonē Græci uocant id genus supplicij, à duplici fundæ excussione. In multa, & uaria exemplorū relatione poterat hic locus uberrime tractari: nam utinā sic uiueretur, ut multo plures obliuisci uellent iniurias, quā ulcisci: sed nobis modus tenendus est, ne institutæ breuitatis uideamur oblitū.

DE PAUPER TATE. Cap. V.

Paupertas nullis nisi inuitis & recusantibus grauis, & indecora: quin ad bene, beatq; uiuēdum multo aptior, quā largæ, & affluentes diuitiæ: id eū ipse uite usus facile demonstrat, sum sapientium uiuorum

rorum documenta, qui neq; habuerunt quicquam, neq; habere uoluerunt, uel quia id tutius sit ad securitatem, uel quod ad uirtutem aptius.

De Christi discipulis.

Qui uere sapientie cultores, & discipuli fuerunt, magistri optimi exemplū secuti, nihil habuerunt: pauperes hi erāt cū sese illi adiunxerūt sed mox pauperiores facti, aurum, & omnia præciosa aspernati sunt, tunica duntaxat amicti, terrena per testes, cælum intueri: tenuis rerū facultas, potestas in gens cælestibus adhibita, prelata inferis.

De Abraamo.

Nihil habuit Abrahamus Anachoreta in solitudine præter catinum, & cilicinā uestem cum sago rustico: uixitq; talibus delitijs contentus, quamdiu in humanis fuit: id homini tutius, quam si opes affluxissent, & ad diuinorum meditationē multo habilis.

De Hilarione.

Fuit & Hilarione, cuius postea sanctitas illustrata est, paupertas fiducia: qui cum adolescens adhuc in solitudine esset, latrones in se grassantes intrepidus excepit: rogatus ab his, qui esset, quod uim non formidaret? quia nudus, inquit, sum: cur nõ uulnera, aunt, & mortem? non talia, inquit, ab eo timebantur, qui paratus est mori: quā illi in adolescente constantiam non solum ita mirati sunt, sed etiam uenerati,

uenerati, ut petita uenia innoxij retro abierint.

De eodem.

Exiterūt & alia in eo affectatæ paupertatis argumenta nihilo inferiora: quale illud, quod quendā ex ijs, qui cū eo in eremo erant, intuitus horuli fructus intentius obseruantem, studentemq; peculiolo constando, loco submouit, nequid sibi, cōsuetudinīs cum eiusmodi de homine esset: ceu cōtagiosa duccenda sit eorum uita, qui pecunie studēt, aut certe indigna iustorum contubernio.

De diuo Alexio.

Maluit Alexius Romæ nobili loco ortus, pauper esse, quā in paternis laribus splendide, & uoluptuose uiuere: in Syria quindecim annos fuit religionis causa, toti dem deinceps Romæ ignotus, domesticam urbem mendicabundus circuire, petijtq; sepe suppliciter, & accepit elemosynam ex paternis ædibus: sed nulli interim notus: demū uita sanctus, ex ipsius chirographo compertum est, quis esset, & quo consilio ignorari uoluisset.

De Francisco Assiati.

Multi sponte sua sunt paupertatem secuti, sed qui Francisco Assiati arctus fuerit eā complexus, diligentius fouerit, sanctius custi diuerit, fuit (ut uidere est) nemo, qui inuito, & reclamante patre cōiiciāq; ingerēte, inopiam diuitijs prætulit, diuites, & lautos aspernatus, in medicis esse uoluit:

Bb 2 laudis

laudis loco ponere, quod pauper esset, ignominie, et probro sibi ipsi daturus, si pauperiorem se nactus esset quenquam, aut mendiciorem. Per quæ merito cõsecutus est, ut pauperum sit pater dictus, cum serui nomen libentius usurparet. sicut paupertas, quæ uini us ductu, tantum profecit, ut in hac uita, qua uiuimus, penè plures sint, qui eam sponte colant, quàm diuitias mirentur.

De Helisabetha.

Verum enim uero nulla unquam scemina ardentior huius boni fuit cultrix, quàm Helisabetha regis filia: quippe quæ cum in regia adhuc fortuna esset, inter ancillas ad mendicantium morem sese componeret: sæpius testata fore, ut si quando humanis sese laqueis expediret, non alio ornatu libentius uteretur.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
ET PRIMO

De Diogene.

Diogenes Cynicus aliud certe secutus, dolo contra frigora, et calores, coepit parum integro, fuit contentus: poculum si egit, rusticum cauis manibus potantè intuitus: cætera aspernatus. Tam felix ab Alexandro Macedone iudicatus est, ut multis audientibus dixerit, Diogenem male se esse quam alium quenquam

quenquam, si non rex et Alexander esset.

De Democrito philosopho.

Quidam philosophiæ affectatores haud obsecuri nominis, usque adeo diuitias contempserunt, ut non modo aliunde oblatas non acceperint, sed eas etiam, in quibus nati essent, sponte publicarint: et in his Democritus Abderites diligens naturæ contemplator, qui nihil demum præter ingenium possedit, uel quia noluit, aut quia non debuit.

De Phocione Atheniensi.

Et ut philosophorum nomina fileantur, quorum aliqui fortasse non tam ex sua, quàm aliena uixerunt sententia, longe aliter uicturi, si ueriti essent, ne non fortius loqui uiderentur quàm uiuerent. Phocion Atheniensis usque adeo diuitias spercuit, ut gran de auri pondus, quod ab Alexandro dono dabatur, pertinaciter repudiari, testatus se non egere regio auro. Dignus de quo sit diu inter Græciæ sophistas questum, maior ne Alexander esset an Phocion, qui Alexandri aurum contempsit.

De Phocionis coniuge.

Huius Phocionis uxor, cum à nobilissima quadam Ionici generis matrona in amicitiam recepta, auri torques, monilia, præciosusque mundus muliebriter ostantaretur: at meus, inquit, ornatus non est talis, sed Phocion me ornat, iam uicies Athenensium imperator.

De Aristide Atheniensi.

Aristides & ipse Atheniensis, multo iustus se paupertate gloriari posse credidit, quam Calliam Atheniensium ditissimum amplissimis opibus: nulli dictitans eam rem indecoram esse, nisi quae inuiti pauperiem ferrent.

De Rom. principum paupertate.

Quid illa vetus Quiritium frugalitas, contemptusque diuitiarum: cuius assertores omnino duraturi, an aliud sensisse uideri possunt, aut persuasum habuisse, quam Phocion, et illi quorum nunc meminimus: non diuitias, sed uirtutem expetendam? quia illae fluxae essent, & caducae, haec perpetua, & aeterna. Iam uero si malum ullum in paupertate esse, aut uitium arbitrati essent, non Publicolae, non Menemo sumptus defuisset, non Curius aurum sammium, non Fabricius, quod Pyrrhus dabat, recusasset: nec illi sua opinione decepti: peperit commenta illa Romanorum imperium, luxus, et auaritia perdidit. Viuit utique, utique etiam semper eorum memoria. Contra hi, qui rem suam maluerunt, quam bonum nomen querere, aut penitus intrinsece, aut ad odium & inuidiam postritati suscipi fuerunt.

DE DIVITIIS. Cap. VI.



ic certe est, ut sapientiorum quidam dicit, nullus unquam bonus optauit diuitias, nullus sapiens probauit; neque enim hominem meliorem faciunt, neque sapientiores:

quoniam

quin instrumenta insunt luxuriae, & omnium utiliorum alimentum. Verum quia nihil tam malum est, ut non in eo aliquid insit boni, ne bellum auro indixisse uideamur, siquid est, quod propter hoc tam peregrinam morales, expeti debet. si usus est, quem in omnibus bonis Plato ut summus tanti facit, ut nisi is ad sit, nolit sibi auri montes dari, nolit artem, quae immortalitate hominem donare potest: sunt igitur expetenda haec, ut homo homini prodesse possit. Quod si sensisse uideri possunt, qui non sibi solis, sed amicis, hostibus, uniuersae ciuitati diuitias comparauerunt: ut Nicias ille Atheniensis, cuius beneficentiam celebrat uetus comedia: ceterum quia mundo adhuc recenti, modico contenta fuit uita, per quam pauca sunt uetera diuitiarum exempla, nisi regiae opes censeantur.

De Solomone rege.

E Nimvero quantum Solomon rex possederit, sacra litera nihil obscure demonstrant: quibus proditum est, decem milia talenta auri, totidem & amplius argenti ab eo possessa, bijugum equorum quadragesima millia, bissepta equorum ad pugnam expeditorum: sed auri, argentique partem multo maximam in apparatus templi, & regiam sumptuosissime edificatam, impendit: felix operibus, si usus, sed multo felicitior sapiens: a qua mortales omnes antecellit.

De cæteris rebus.

Censerentur in hac reputatione & aliorum regū diuitiæ, nisi Persica Gaza, et quæ Cræsus Lydorum rex possedit, quæ Cyrus, qui Cræsum uicit, cum priuatorum fortunis collatæ, longe præponderent, nulliq; proportio in exemplis, esse possit, si promiscua relatio sit in his, quæ natura, & fortuna sunt longe diuersa.

De Cosmo Mediceo.

Quin priuata potius dicantur, quorum exemplū in primis memorabile tulit Italia: quod fortunæ opus auiorum memoria uidit inchoatū, patres ipsi auctum, & florens nostræ ætas uidit extitum: clarus Florentiæ Cosmus Medicus immenso pecuniarum auctu, tam diues, ut hoc nomine non Itali solū, sed Christiani etiam nominis reges omnes, & summi duces cum eo hospitium iunxerint, literis, muneribus & omni officio certantes: mansit claritas familie incolumis, usq; ad Caroli octauī in Italiā aduentum: quo tumultu Cosmī pronepotibus ciuili seditione domo eiecctis, domestica gloria multiplici clade conuulsa, facile ciuitatis principatu cecidit.

De duobus Antistibus.

Atingit fama hæc & sacerdotum, Desierūt esse in humanis cum hæc commentaremur, duo supremi ordinis antistites (parcitur nominibus, religionis causa) tantū congesti auri, cælatiq; argenti cum

cum aulico apparatu uterq; reliquit, quantum priuatum diu in Italia possedit nemo, præter unam domum, cuius exemplum proxima continet relatio.

De Romanis diuitijs.

Sed cur hæc tam uero si quis Italiæ urbes cõtempletur, plures in his reperientur quorum diuitiæ non indignæ sint quæ in hunc ordinem redigantur. Nam & Romæ nuper fuisse hoc nomine illustres, Margani Crucii, Bubali, & omnium maxime transtiberina regione duo Matthei fratres, ex quibus semel domestico conuiuio adhibitus audiuit tantum sibi rei pecuniaræ rationes creuisse, ut quingentos canes ad stabulorum custodiam in agris auerent.

De Venetis diuitijs.

Quid Venetiæ: in quibus ne amplissimæ quidem diuitiæ magnæ sunt admirationi, ob ciuitatis opulentiam. Nec enim unius domus opes hic conspicuæ sunt, tam & si domesticæ puellæ mille libræ auri olim appensæ sint dotis nomine, regio matrimonio locatæ, tantumq; nunc possideat, quantum Venetorum priuatum nemo, nec alij nulli, quibus immense sunt diuitiæ congestæ, sunt cuiquā admirationi. Vbi ex his qui fordidum questum faciūt tantum quidam auricongestere, ut ad inuidiam fortius creuerint. Erit itaq; ut uera hæc ita peculiaris risunius ciuitatis laus in hac relatione: ut nulli homini

num fuerint unquam (Romanis duntaxat exceptis) quibus totus orbis prædæ fuit, q̄ publice priuatimq̄ plus possederint, quàm Veneti qui a driâ accolunt.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
ET PRIMO

De Pythio Celeneo.

Multo plura maiorq̄q; in p̄phanis genibus extiterunt diuitiarum exempla, etsi citra regnum, eiusmodi tamen ut ù omni regia gaze faciât æquilibriũ. Pytheus Celeneus, tam diues fuit, ut Xerxem, & cum eo immensum exercitum, ex toto oriente conflatam, hospitio exceperit: donauerat is Dario, qui Xerxis fuit pater, platanum auream cum aurea uitate, & ob eam rem Persarum pleriq̄q; notus: sciscitatus ab eo Xerxes, quantum possideret, parata habeo, inquit, bis mille Talenta argenti, quadragies centũ millia aureorum nummũm, Daricorum septem millibus minus: quæ regi ad tam numerosum exercitũ atendum dono detulit, testatus uectigalia prædiorũ satis superq̄q; sibi suffectura ad laute, & beate uiuendum. Demitatus rex hominis liberalitatem, ut cum eo beneficentia certaret, & aurum hospitii remisit, et quod ad quadragies centum millia deerat, ex suo hospitum suppleuit.

De Cimone Atheniensi.

Nobilitauit census & Cimonem Atheniensem,

sem, nobilitauit & Niciam: sed utrunq; nobiliorem liberalitas. Sunt & Calliæ diuitiæ nihil ad posteros obscuræ, sed Scopadũ, qui Cranonẽ in Thessalia habitauerunt, omnium in Græcia celeberrimæ, ut quas Critias tyrannus inter pauca uota sit sibi optare solitus,

De M. Crasso.

Marci Crassi, qui in Parthis periit, maior ne fuerit census, an habendi cupiditas, haud quisquam facile dixerit: seruit sepe ex eo auditũ, diuitem esse neminem, nisi qui annuo reddito legonẽ alere possit. Quod si animus hominis diues, non arca appellanda est, fuit M. Crassus nunq̄ diues, cum hominũ opinione esset togatorũ omnium ditissimus.

De Claudij principis Libertis.

Fuerunt & qui seruitutem seruiuere principum indulgentia ditissimi, & in his Pallas, Callistus, & Narcissus. Claudij Caesaris liberti. Ceterũ quid illi possederint, à nullo (quod sciam) diserte traditur.

De C. Cecilio Claudio.

Caius Cædilius, qui horum tempora præcessit, cum multa (ut ipse est suo testamento præfatus) ciuili bello amisisset, reliquit tamẽ quatuor millia seruorum et amplius, tria millia iuga bouum & sexcenta, reliqui pecoris. CC. LVII. millia, innumerato pondò sexcenta millia: funeratus est sextertijs undecim millibus, quanti quintiũ (quod sciam) nullus.

De Cesare

De Cesare Dictatore.

Cæsar qui dictator fuit, duo de uiginti millia
Tricliniorū strauit Rom. populo, immensum
auri pondus profudit, in spectāulis congario po-
puli: sed hæc spolia, & rapinæ orbis terrarū, ue-
rius quā patrimoniū: propterea in ordinem uenire
non possunt.

DE LVXVRIA ET IMMODERA-
TO SVMPV. Cap. VII.

Dicitur uita hominum frugalitas recenti
mundo iucunda nutrix, & comes nō
insuaui: repudiavit hanc postritas,
parentis omnium naturæ immemor,
quæ modico contenta est, uoluptatē pro uirtute com-
plexa, pro temperantia, & modestia, luxum: sed quo
tardius pestis hæc recepta est, eo seuius incubuit, per-
diditq; peius omnia, quā libido, & auaritia, quarū
hæc mater est, illa uero filia: sunt itaq; huius uitij o-
mnia fere exempla recentia, utpote quæ profligata
iam ex omni parte uitia placere cæperint, ac si quæ
uetustiora sunt, eo minus insignia.

De Solomonis regia.

Etenim quid Solomonis habuit regia quod
accusari possit, præter candens saxum, aurū,
& argentū Cedrus, & cætera materia, quæ ex Li-
bano partim illi dono obtigit, partim ex proximo
quesita

quesita est, & si nihil eorum abhorret à regum fa-
stigio, quorum secundum deum summa est maiestas
in terris, nec quod templum st. tuit opulentissimū,
luxuria est: primaria ornamenta deo debentur, cu-
ius uirtus summa princeps est, omniumq; principum
decus, & gloria.

De eodem.

Nefas sit (credo) in eo, qui fuerit omnium sa-
pientissimus, fâtidicoq; patre genitus luxū
consectari: quin si quid minus ciuile in illo fuit, si cū
uirtute pensetur, iure dissimilabitur: potest tamen
proximum luxuriæ uideri, quod citra omnem belli
usum, tot millia equorum aleret, præsertim iugato-
rum: quod in pellicatu ad extremum usq; uitæ hæse-
rit, siq; si equenti connubio usus: ut nisi sobolis pro
creatione excusetur, nō parua detur ansa, luxum in
eo calumniari uolentibus.

De Alphonso rege.

Sed libidinis, uerius quā luxuriæ sunt hæc, quæ
de Solomonis pellicatu, multipliciq; connubio
traduntur: in Alphonso, qui ex Arragonum gente
primus Neapoli regnauit, non alio nomine quā lu-
xus uocabitur, incredibile studium in alendis ad ue-
natum canibus, & ad aucupium alitibus, ut mille cir-
citer pondo auri in portentosum illum apparatus,
quotannis (ut sepe fando audiui) insumeret: ma-
ior in hoc luxus ut uidere est, quā quod in Federic
Cæsaris

Cæsaris aduentu pluribus diebus in regia urbe nobilissima uina in speciem aquæ extemporarijs fontibus uberem fluxere, sed hoc hospitii datū, illud uoluptatis, & ob id uitio propinquius.

De magno quodam Antistite.

Tolerabilius tamen in rege numerosos canū greges ad uenationē aluisse, quàm in uno alio quo sacrorum Antistitum. Vidit tamen ætas nostra hæc portenta: uir huius ordinis, genere, & fortunis præstantissimus, tantam uenandi studio canum multitudinem aluit, ut ceu pecorum greges inter se distincti sub magistris agerentur.

De luxu conuiuiorum.

Sed uenetur potius hic ordo, quàm prodigiosa luxurie instruat cœnas: qualis fuit Federico Arragonio apposita, atq; in biduum (ut fertur) extracta: nullum unquam Tricliniū maiora uidit esularum portenta: nullum tam portentosa obruit luxuria. Sed nostrorum temporum mores magis deplorari possunt, quàm honeste memorari, nam inuidiam conflare possunt insectantibus, in melius mutari non possunt.

De cœna Venetijs data.

Famosa & illa fuit cœna centum conuiujs, recenti adhuc memoria, à priuato homine, ceterum patriij ordinis, Venetijs instructa; à prima ho-

ra noctis inita per omnia luxurie instrumenta, usq; ad solis ortū extensa, uariantibus per noctem daptibus, nouo semper cœcentu præcinente. Et ut cœtera dissimulentur (quæ tanta fuerit, ut nescias maiori ne admirationi fuerit uarietas, an nouus, & sumptuosus apparatus) illud portento similis fuit, quàm edulio, quod ex Gobio ū lactibus centena seruula (tot enim conuiujs accubuerunt) sunt Triclinio illata.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
ET PRIMO

De Lydis.

Sequitur extrema, quæ eadem sunt & Ethnici, maiore (ut sentio) insectatione digna, nec solum quia in ijs maior luxuria est, sed & (quod magis adhuc detestabile) prima quædam luxurie elementa, qualia à Lydis profecta sunt, qui nō contenti natuo lane candore, eam primi omnium insecterunt, tanquā, si id utilius fuerit aut magis necessariū, natura omnium parens non potuerit in re tam parua humano generi gratificari, aus (quod stultum sit credere) noluerit.

De Tyrijs, & alijs gentibus.

Sed Tyrij magis detestabiles, qui hanc Lydoriū insaniā studiosius tractarūt: detestabilior et Asia, quæ ant ū prima intexuit. Babylon q̄ uesit uarijs colorib; acū distinguit. Ethruia, quæ purpurā uesit, bue prætexuit;

pretexit. Sed hæc parum insignia, quia huic uel illi communia sunt genti. Quæ sequuntur magis conspicua. Minus enim uenia dignum creditur quod in uno, quàm quod in multis delinquitur.

De Alcibiade Atheniensi.

Fuisset quis ignorat? minus inuidiosum Alcibiadi Atheniensi, si priorum ducum exemplo potius, quàm purpureis in pretoria nauis usus esset uelut tanquàm concharum fames, quia marinæ sunt, magis ad naualem expediret cursum, quàm candens linum.

De Cilicibus Piratis.

Nec Cilices Piratæ, cum omne internum mare latrocinio infedissent, celerius freta traieciabant, quia & ipsi purpureis sunt uelut usi, auratis rudentibus, remis argento præditis, fuit ille rerum luxus non usus.

De L. Lucullo.

Insane L. Luculli, substructiones in causa fuerunt, cur à suis appellatus sit Xerxes togatus, sed illa maior luxuria, quod triclinijs omnibus suum nomen, & sumptus modum inscripsit, ut quanti paranda esset cœna, ex cœnationis apparatu famularum intelligerent, struebatur conuiuium quinquaginta milibus cum in Apolline cœnabatur. Qua uoce ludificatus est Pompeium & Marcum Tullium, quibus famosam illam conditione adposuit cœnam, ut de domo

de domestico apparatu nihil mutaretur.

De eodem Lucullo.

Pro miraculo abiit in aures, et ora hominum, (neque enim modicæ, ciuilibus suppellectilibus fuit) quod cum prætor Romæ in ludorum apparatu ab eodem uestes petiisset, ad scenam instruendam, ducentas detulit, atque omnes purpureas. Per hæc ille consecutus est, ut inter rara luxuriæ exempla tempestatis illius censeretur. notum est illud in ore Quintum celebre: loquitur ut Cato, uiuit ut Lucullus.

De Nerone, & L. Aelio Vero.

Parua hæc, et si uigalitates plena, si Neronis domus, intempestatiueque eius epulæ referantur, aut Aelii Veri cœna, quæ nulla hominum memoria fuit portentosior. sexages centum milibus sextertijs instructa est, si integra scriptorum fide sunt hæc in literas missa. duo decim, qui cum eo acubuerunt, singulis abeuntibus congesta dono sunt uasa argentea, aurea, crystallina, & myrrhina. Tot enim generibus poculorum fuerant in cœna usi. sua cuiusque data est multa preciosissime instrata, quæ domum ueheretur. Quæ rere, quibus epulis admoti sint, qui ita donati abierint, potius eius est, qui mauult monstra discere, quàm luxuriæ argumenta.

De Heliogabalo.

Vix (quod ad hoc pertinet) fidem inueniunt, quæ de Heliogabali insania uerius quàm luxuria

Cc rid

ria prodita sunt memoria. Piscinas rosacea impleuit aqua, Balsamū infudit lucernis, gemmas nobilissimum artificum maru sculptas apposuit calcēis, croco Triclinium strauit, porticum scobe auri: nunquā iterum cum aliqui est scemina cōgressus, prater quā cum uxore: nunquā iterū aurea ueste usus est, aut hosterica: eleuant hęc ueterem Demetrij regis infamiam: quia auratis uteretur calcēis, penē prodigiosum Macedonia existimant.

DE VITAE, ET MORVM MUTATIONE. Caput VIII.



At agunt plus æ quo futurorum miserū mortales: & cum multiplex sit cura hęc, de re nulla magis sollicita est uita hominis, quā de profectu, & successu eorum quos procreauimus: uel quod nobis charissimi sunt, aut quia ambitiosum animal, ut pictor aliquis aut statuarius suum uelit opus elegantissimum esse, omniumq; perfectissimū. Hinc sollicitationes sortium, & oraculorū, sollicitaq; parentum indagines, anxiatq; cura nascendi, quid spei, quid metus secum ferat liberorū indoles: sed cum somnia, auspicia, omnia, presaga attenderent ueteres illi, nihil ppemum fuit, neq; hodie est, ad quod magis caliget mens hominis, quam significatio illa, & odor futuræ uirtutis, quæ sua sponte in puero, & adolescente sese of-

fert

fert (indolem uocant) hęc una inspicitur, hęc uulgo obseruatur; hęc certum, indubitatumq; morum euentum creditur polliceri: sed solers nimium humana mens, & ad seipsam decipiendam supra quā dicā possit ingeniosa, & quod maxime optat, id precipit animo, tanquā non aliter euenire oporteat, quā quod ipse de se, & suis auguretur: signat quādātenus futurum hominem indoles, signant ipsa uitæ oxordia: sed euentus his sæpe diuersus: multi fuere, qui longe diuersi sunt demum reperti ab ijs, quos se futuros à pueritia p̄uere: adeo oīa hominis incerta sunt, ut de uoluntate, quæ libera est, nullus sit certus exitus.

De Ioha Iudeorum rege.

Iduerius uero esse, Ioha Iudeorum regis tristis exitus facile demonstrauit: quippe qui puer non minus indole cōmendatus, quā quod à Dauide esset procreatus, omnū fauore regnū recupauit. Ceterū atate adultus multū à seipso diuersus at ijt: enim uero patriā pietatē aspernatus, Ethnicos coluit deos, Zachariā loade filii, per quē puer fuerat in regnū restitutus, occidit. Nec lēto deinceps gradu ultrix irarum inis secuta est: hostilū armorū terrore subactus, pacem suppliciter à syro petitam, sacris thesauris omnīq; regia gaza sibi ignominiose redemit: accessit huic ignominie, cladiq; publicæ diuturnus morbus, quo demum affectus domesticorum fraude periit.

Cc 2

De

De Solomone.

Antiquior hoc Solomon, qui ob altam indolem à sapientissimo patre est fratribus prelatas: in quo prudentissimū senem nihil æque ac pietatem spectasse credere æquum est: fuit ille sapiens, fuit diues, munificus, elegans, à pietate tamē deflexit, Et hinc uxori gratificatus: & quo maior spes in iuuenē eiuxit tuendæ pietatis, eo molestius in sene desiderium fuit neglectæ.

De Dauide.

Fverit Dauidis indoles an ætas in causa, patrum compertum habeo: satis cōstat, cum propheta ad unū Iesseæ domus regē inungen dū in Bethleem uenisset, à patre omnibus hunc filijs prelatum: quod si paternū iudiciū ad indolem referatur, credi potest senem lineamenta duntaxat, aut ætatem intuitum, uehementer obluclinatam: ceterum propheta decipi non potuit, qui tota illa fratrum cohorte repudiata, hunc potissimum legit, qui omnium erat præstantissimus futurus: nec iudicium caruit euentu.

De Iuda.

Nisi Iudæ apostoli mores, et uita ab initio hominum opinioe probata esset, indignum uideri potuit, qui in sanctissimū Christi comitatum reciperetur: uerum sic omnia in eo mutata sunt, ut ex fidei perfidus, ex discipulo proditor sit factus: qui cum in bona spe esset, desperationem præsumpsit.

Tame

Tam incertā est humane uitæ cōditio, tam prona in lapsum, ut tunc maxime concidat, cum se stare putat.

De Paulō Tarsensi.

Age nūc, & qs unq̄ tam in se odit Christi anū nomē, quā Tarsensis Paulus? qui adulescens martyriū spolia calcavit, insultauit iustis, Damascum adultus petijt, Christi fidem oppugnaturus: ceterum ita omnia in eo mutata, ut nemo plus illo dilexerit ueritatē, nemo latius prædicauerit, ardentius coluerit: nulli tantum delirij ab initio affuit, nulli postremo plus pietatis, & sapientie.

De Innocentio Rom. pontifice.

Solebat Innocētius pontifex, cum priuatus ad huc esset, omnium maxime pontifices incusare, quod non darent impense operam, ut schisma, quod diu Romana laborauerat ecclesia, è medio tollerent, nec bello tyrannos insectarentur. Ceterum pontificum decus adeptus, adeo aliena uixit mente, ut multi etiam nulla alia de causa ab eo afflicti credantur, quam quod ad hæc duo præstanda illum inuitum et audire nolentem, uehementius hortarentur.

DE ETHNICORUM EXEMPLIS,

ET PRIMVM

De Alcibiade.

Vix ulla sui parte Christiana pietas plurius, magisq̄; insignibus scatet exēplis, sed Ethnicorū ratio habēda: estq̄; illud

Cc 3 in his

in his tam ueteri, quã celebrata memoria, quod Alcibiades Atheniensis in illud sibi & patrie intempertium exilium compulsus, Lacedaemone se contulit, ubi supra quã dici possit, celeriter ad Laconicũ morem transit, ut Spartatarum unus non Atticorum crederetur. Sed in hoc minus mirũ: fuit enim (ut fertur) uario ingenio, nec ad rem unã tantũ idoneo, in quo Chamelontis natura imitatrix omnũ prope colorum exprimeretur.

De Dionysio iuniore.

Saeuus et immanis in regno iunior Dionysius, multũq; paternae crudelitatis referens, regno tamensolito diectus, Corinthiũq; ablegatus, omnẽ prioris uitae fastũ ad eũ exiit, ciuile, & remissiorẽ uitã cõplexus, ut tam subita in hoĩe mutatio nõ immerito esset hominibus suspecta, tanquã ad tẽpus simulata. Sed uerissimũ illud, quod est in ore multorũ, omnium malorũ nullum esse efficacius remedium obliuione.

De Cimone Atheniensi.

In Cimone puero nihil simulati aut ficti fuit: solutus, & insolens à primis annis fuisse traditur, creuit aetas, infamiãq; pueritiae in laudẽ uertit. Atheniensisq; lãge princeps liberalitate, omnibusq; ciuilibus disciplinis factus, adeo ut in ea parte uitae sit Themistocli, q; Graeciã seruauit, oĩm iudicio prelatus.

De Alexandri magni successoribus.

Antigonus, Lyfimachus, Ptolemaeus, & ceteri Alexandri successores quã diu nomine, et insigni

bus regijs abstinuere, benigne, clementerq; imperiũ exercuisse dicuntur: ceterũ diademate, & regis appellatiõne recepta, uis pro iustitia placere coepit, pro aequitate libido, fastus & superbia pro clementia & humanitate: postremo prioris fortunã oblitusunt, hystoriones imitari, qui uitam & mores cum uisibus uno die sepius mutant.

De Demetrio rege, & Antonio Triumuiro.

Sed his semel mutari contigit illud in quibusdã memorabile ut in Demetrio Antigoni, & Antonio Triumuiro, quos in re bellica, nemo abstinentia, labore, fortitudine, & solertia uicit, in otio nemo luxuria, temulãtia, et libidine adaequauit.

De Cesare Augusto, & Caligula.

Et Roma Augustũ multo mitiorẽ experta ciuilibus bellis defunctũ: quã ab initio habuisset, Caligulam ex humili seuũ postea, & truculentũ, ut non infãcite sit de eo dictũ: Nullũ unquã hominẽ humilius scriuissẽ, crudelius imperasse neminem.

DE POPVLORVM ODIÒ IN REGES ET TYRANNOS.

Caput IX.



Liberos, quae in uniuersum sunt hominibus grata, post uitã ipsam nihil est illi libertate gratius: quo fit, ut q; de ea dimicãt putet se de uita dimicare: hæc sepe auro, sepius sanguine, sepius morte redempta

pta est: hinc exitiale populorū et gentiū in tyrānos odiū, hinc crudelitatis exēpla multa & magna, quæ omnis uidit ætas: quid quod & regum nomen, quia non multum fortuna à tyrannico distet, adeò nonnumquam fuit populis iniustum, ut uel in optimorū regū progeniem sit à populis crudeliter seuitum.

De Athalia.

Nullus unquā regū fuit Dauid sanctior, nullus Solomone sapientior, omnis tamen eorum progenies Athaliæ impulsu, seuq; imperio est ferro dedita à Iudæis: potuit mulier execrabilis uis & armis regnum occupare, sanctissimū gentis stemma abolere non potuit: ut non solum peremptorum manibus, sed & Iohæ puero, qui solus superfuit, patris sceleris debitas exoluerit pœnas.

De Petro Candiano Venetorū duce.

Sed ueterū exēpla oppidò pauca in hac parte, præsertim nostratiū hominū. Recentius itaq; illud quod Petrus Candianus, q̄ Venetorū dux, legitimū magistratū in tyrannidē uertit, sibi & liberis superba regnū forma exitium peperit. Populus suæ libertatis memor domū eius iniecta flāma incendit, tyrannū inde deturbat, deturbatū trucidat, filiū iugulat in matris gremio, amborū corpora ad macellum proijcit canibus lanianda: adeò iuxta tyrannos, & qui ex his sunt, libertatis studio in se infensæ odit incondita multitudo.

De

De Lemigo Exarcho.

Pari affectu, ac nescio an maiore etiā, Rauenates Lemigū oderunt Exarchum; quem ob tyrannicos & fœdos mores non contenti interfecisse, eius uxore & pellices uulgauit ad suprà irata ciuitas.

De Exarchanis iudicibus,

Edem ultio attingit Exarchanos iudices, quibus publicitus cæsis omnis eorum familia ludi brosi fuit in se multitudini, quæ semper aut nimis odit aut nimium amat.

De Ecelino tyranno.

Sed tyrannorū nullus fuit unquā inuisior Ecelino, qui crudelitate & seuitia cum Phalaride eertauit: puberes ab eo mutilati, pueri concisi, uirgines uitate, matronis māmæ ademptæ, prægnantiū uteri exēcti, parturūq; flāmā deditus: quæ scelerum diritas, eo extincto, domesticis est & necessarijs Taurisij representata: sex filij Alberti fratris subito populi incursum interfecit sunt. Tyranni uxor, & filie uue in ignem coniectæ.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

Adeò ingenitum est ho mini in tyrannos odium, ut in pluribus gentibus sit cautū lege, qui tyrannū occidisset, is paricidij non teneretur, nec paricide nomen ferret, in quibus sūt & præmia constituta. Satis constat

C 5

ciuitates

auitates quasdam nulli foemine prater quam tyrannicidæ statutam posuisse.

De Pygmalione.

Pygmalionis tyranni odio Tyrriorum multifolum uerterūt, si poëta testimoniuū recipitur in hac exceplari relatiōe, nam quia & ipsi sibi nomē hīstoriæ uendicat, cullos est fidei tēnaciōsima.

De Aristide Locrensi.

Odit & Aristides Locrensis insigniter tyranni nomē, cuius filiā cū Dionysius maior sibi uxore deposeret, malle inquit ille filiā male perditam uidere, quānt tyranni matrimonio locatam.

De Locrensibus.

Huius & Dionysij uxorem & filiās, Locrenses in potestatem redactas, ad stuprum, & libidinem multitudini obicere in tyranni inuidiam, inde ad libidinis saecetatem uexatas medijs merseuerunt fluctibus adhuc uiuas.

De Syracusanis.

Nvllus tyrannorū in terra Græciæ minore flagrauit odio quā Hiero Syracusanus, nullus dominatus minus fuit inuidiæ obuius: eius tamē progenies post Hieronymi cædē à Syracusanis uno die interficta est: cui (ut uidere licet) non tam sua maiorū uic seuitiā, quā tyranni nomen obfuit.

De Tymoleonte Corinthio.

Tymoleon Corinthius, Dionysij primāpatu uerso

uerso, euerit & arcem eo nomine, quia tyrannorū fuisse sedes. Cæterū in eo maius suū in tyrānos odiū testatus est, quod & sepulchra, cæteraq; ornamenta

De Pop. Rom. (diruit.

Quantum tyrannos oderint & Romani, ex eo potest intelligi, quod regiū nomen ex urbe sustulere, tyrannidis suspitione, atq; ita sublatum uoluit populus, ut de libertate etiam bene meritis, fraudi fuerit ferre Tarquinij nomen.

De Spurio Melio, & Manlio Capitolino.

Spurio Melio, & Manlio Capitolino non nomen, sed suspecta largitio fuit exitio in eadem ciuitate: sed quid tyranno sciscient ij, qui uiam, quā ad tyrannidem ducere uisa est, suis obseptam ciuibus, atrocibus munuere supplitijs.

De Caligula imperatore.

Tulit Caligula imperatoris nomen, cætera tyrannus fuit immanis, cruento exitu dignus, quem demum fortitius est: sed nec unus sanguis eximplere potuit odium ciuitatis. Cæsonia eius uxor cum filia admodum paruula multitudinis incurfu trucidata est, ne quid superesset, quod tyranni recordatione, ciuitatis oculos uiolaret.

De Domitiano imperatore.

Edem Quiritium ciuitas, omnes Domitiani imagines, & titulos è publico sustulit: De creta per illam antiquauit: ut dire illius tyrannidis uerius

uerius quā principatus memoria, cū ipso crudeliter
interfecto sepeliretur. sed quo plura sunt huius ge-
neris in omni gente exempla, & magis illustria, eo
parcius ponenda.

Octauū exemplorum libri finis.

MARCI
ANTONII COCCII SA-
BELLICI EXEMPLE-
RVM LIBER IX.

DE INIURIA FEREN-

DA Caput I.

De Christo.



Liniuriā propulsare fortis uiri est,
quæ etsi depelli possit, ferre illatā
multo fortioris sit: hoc sapiētis est,
illud ualidi, & robusti corporis: cer-
te aliquid est alium uincere, sed se-
ipsum superare uera indubitataq; uirtus est: tales fu-
erūt, qui sapientes dicti sunt, talis ipsa sapiētia Chri-
stus rex & doctor omnium: quippe qui & ferendam
esse iniuriā præcepit, & illatam usq; ad eod̄ tulit, ut
ueniā sit percussoribus precatus.

De Iosippo

De Iosippo Israël̄is filio.

Iosippus, cuius mystica uenditio sacris est lite-
ris tradita, fratrum iniuriā, non solum tulit,
sed beneficio etiam repensauit.

De Mose.

Quid Mose? quis eo uno fortior, quis rur-
sus minus ultionis cupidus? qui quo populū
injustiorem habuit, & ad conuicia proniorem, eo
impēsius cæli numen his propitiū reddere perseue-
rauit, precibus ad deū effusis. Nec Haaroni conuiti
anti conuitiatus est: nec forori, qui Aethiopicū sibi
cōnubium exprobrasset, correptaq; esset lepra, mi-
nus libens opitulatus est, præsentem ultionem supli-
citer deprecatus.

De Saulo Iudeorum Rege.

Fuit Saulus rex ad bellum exiturus suorū po-
pulariū quibusdam contemptui; uictor inde
cum triumphanti similis domū reuerteretur, instā-
rentq; milites, ut eam iniuriā alcesceretur, uim inhi-
buit, testatus turpissimū esse, non posse se paucorū
iniuriā ferre, qui tot milia hostium tulisset.

De Diuo Martino.

Pulsatus grauius Martini Antistes Turonē-
sis est ab equitibus, quorum equi ipsius asino
sedentis aspectu consternati, subito resultu sessores
tergo deiecerant: steterē itaq; immobiles equi uesti-
go defixi, quoad sanctissimus senex precibus tenuit,
ut his

ut his pœnitentiam agentibus, equorū sit usus restitutus, & equites innoxie demissi.

De Bernardo Abbate.

Venit ad Bernardū abbatem nescio quis monasticam uitam professurus: monitus ab eo posse quidem & alibi eum proficere, si uelit, ceu repudiatus eum pugno percussit: fuissent qui aderant cōfestim ulti iniuriā, nisi eius qui erat iniuria affectus intercessisset autoritas uim inhibētis: oportere hunc dictitās alijs ignoscere, cui toties à deo ignoscetur.

De Christophoro martyre.

Christophorus martyr à Saniorem profecto percussus colapho, repercuterem te, inquit, nisi Christiana pietas, cuius cultor sum, prohiberet: per quæ haud dubie monstrauit Christianæ pietatis propriū esse, non iniuriā uindicare, sed æquanimiter

De Libertino monacho.

(ferre.

Quid quod Libertinus Fundani cœnobij monachus fuit: qui scabello domi abbatis manu intorto percussus ne ingenui quidem; postridie negocium quoddam secutus, cum in urbem uenisset, rogatus unde illa oris sugillatio, in scabellū, inquit, offendi. sic & quod uere acciderat confessus est, & abbatis iracundiam tenuit.

De Sarra.

Iacebat ancillaris temeritas maledicta & probra uirulenta in Sarra eximia sanctitate sceminam,

nam, parricidā & connubio exitialem uocans, quia cum multis nupsisset in nullo diurnū connubiū sortita esset, sed neq; illa ulta est iniuriam, neq; si facultas affuisset, ulciscendam curasset: tātum deum optimū maximum precata est, ut stabile, & mansurum connubium aliquando sortiretur.

De Helizabeth.

Helizabeth regia domo orta, post uiri interitum, opibusq; penē consumptis, cum pallio nolo penē lacero amiceretur, omnibusq; despiciatissima occurreret, temeraria mulieris occurssu, quam integra fortuna benigne iuuerat, foueratq; multa benignitate, ad terram deiecta, cœnoq; resperfa, nō modo non grauitur tulit, sed subridens statuit se leniter in pedes, & quod contemptui fuisset spectantibus, tacite gauisa est.

De Alexandrina muliere.

Impetrauit ab Athanasio urbis anpistite Alexandrina mulier tam diues, quam nobilis, ut ex uideis, quæ ecclesie sumptu alebantur, daretur sibi una aliqua alenda: data est illi mulier, miti & suauigenio, cuius facilitate auctū est matrone studiū in pauperes: poposcit sibi alterā dari: casu an consilio non facile dixerim, data est perucax, & inhumana mulier: ex qua cum exipio hospitio probra, & saeva uerbera reportaret, gratias egit Athanasio, quod sibi demū dedisset, per quā ad patientiæ cultū excretur.

De

DE ETHNICIS. EXEMPLIS,
ET PRIMVM

De Socrate.

ET hæc piorū sunt. ex Ethnicis Socrates mortaliū sapientissimus calce à quodam percussus in publico, monitus ab uno affectatorum, ut hominem repercuteret, an, inquit, si asinus mihi calcem impigisset, in eum recalcitrarem?

De Lycurgo Lacedæmonio.

LYcurgus, qui leges Lacedæmonijs dedit, nõ modo æquo animo tulit oculi cæcitatem ab Alexandro adolescente temerario illatam: se à ipsa iniuriæ autorem ad supplicium sibi deditum benigne clementerq; penes se tã diu habuit, quoad longa consuetudine ex improbissimo factus sit omnium frugalissimus.

De Pericle Atheniensi.

TVLIT patienter per integrū diem in publico conuiciatorem temerarium, & insolentem Pericles Atheniensium alioqui princeps: nec cum æserise se domū reciperet, à se repulit adhuc male dictis insectantem. postremo ubi in primo domus limine consedit ad seruū cõuersus, inquit, & huc ciuem domum reducito. Sicq; homo improbus ab iniuria, & contumelia gratiã reportauit.

De Fabio Maximo.

SED nulli hominū prudẽtius, sed atiusq; iniuriã tulere

tulere, quã Romani, quorum propriū fuit fortia face re, & pati: nam quis hominum minus moleste tulit ignominiam sibi publice iniustam, quã Fabius ille maximus, qui unus (ut Ennius scripsit) cunctando restituit rem? ceterū Minutius, qui illi æquatus est, mox paulo cum suo exercitu ab eo seruatus patrem appellauit, milites patrumum.

De Catone Uticensi.

MARCUS Cato iunior postridie comitiorum, qui in petitione consulatus tulit repulsam, unguento delibutus descendit in campum post prandium, ubi sine calceis, et tunica funiculo succincta de more cum amicis deambulauit, ad eò negligenter uir sapiens tulit, quod ceteri ciues ignominie loco ponere consueuerunt.

DE INUIDIA. Caput II.

De Cham.



MNUM uitiorū inuidia propemodū uetustissima, nec magis uetus, quã mini pernitiosa. Omne uitium in actu uoluptatẽ aucupatur aliqua, sola hæc perpetuo est merore dedita, quæ quo maior est, eo peius qui inuidet afficitur, minusq; sui cõpos est: res dira, ceterū felicitatis pedisse quæ, & si diuersi affectus: enimuero quo plus letitiæ in illa est, eo tristior hæc, magisq; in actu, & merore conficitur, cæca, ad amens.

amens, liuore infecta, omnium rerum ignara, præterquã latratus, & obreftationis. Hæc Cham in fratrem non solum odio, sed funesto etiã telo instruxit, ut penè prius id malum caput extulerit, quã aliquid in terris esset, propter quod atollere debuerit.

De Iosippo à fratribus uendito.

E Adem pestis Israël's filios cõ perpulit, ut fratrem, quem puerum celi prouidentia principem gentis designabat, capitaliter oderint, & crosi in puteum præcipitarint, ex puteo receptum Aegyptijs uendiderint.

De Data, & Abyro.

P Ari Data, & Abyrus sacre incensi, sacerdotium Aharon adimere conati, se & suos subita numinis ultione perdidierunt.

De Effranitis,

S Ed quã Data, & Abyro sua exitialis fuit inuidia, tam certe ac nescio an magis etiã Effranitis: qui septem tribulem suum post clarissimã uictoriam de Philisteis & Amontis partã, quia ad bellũ uocati non essent, ut hostem armis persecuti sunt: caeterum acie congressi ad quadringenta hominum milia uno amiserunt prælio.

De Pontificũ Iudæorũ, & sacerdotũ inuidia.

Q Vid illa Hebræorũ pontificũ nefaria infectio, Christi regis acta & uitam infamantiũ, an aliud sũt quã inuidia, quæ cecos, & præcipites egit!

egit: ut quem colere, quẽ uenerari debuerũt, cruci affixerint. Nec impune uindicta est ea iniuria non solum patrie excidio, tãtãq; hominũ iactura, quantã nulla unquã uidit etas unũ in locũ et gentẽ coaceruatam, sed perpetuo etiã posteritatis supplitio.

De Simonis Samaritanũ inuidia.

N Ec certamen illud memorabile, est Petro Barionẽ aliunde ortum, quã à Simonis Samaritanũ inuidias, qui opera diuinitatis, malorum demonum præstigijs emulabatur, quæ sancte imitari non poterat sed dum Romanam ciuitatem ludere contendit magico astu, diuina ui terræ afflictus crudelibus debilitatus, lusus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Palamede.

P Alamedem Nauplij filium (si quis fides est poetis) nulla res alia circa illum magis afflixit, quã Vlyxis inuidia: siquidem iniuria ab uno profecta est, sed ultio uniuersam gentem attigit.

De Cambyse rege.

O Ccidit Cambyses rex Persarum non regni emulatiõẽ, quippe quæ nulla esse poterat ut o fratrum imperante, altero ad obsequium parato sed inuidia: attraxerat siater Acthiopieũ arcũ ipso regi,

Dd 2 & regis

Et regis comitatu aliquanto ualidius. *peperit iuuenti fortissimo laceratorum robur inuidiam: ea uero inuidia non multo post exitium: ademit ea uis uitā fratri, illi cuius iussu interfectus est, regnum & uitam omni regno chariorem.*

De Publicolæ propinquit.

In uiderunt & Publicolæ Propinquit (nam de absentis affectu non habeo quid dicam) Capito lini templi dedicationē Puluillo consuli: cui præsentit ceremoniæ intento tam atrocē quā falsum de morte filij nuntium incusserunt. Sed ille siue non credidit, siue religionem priuato luctui prætulit, reiecto omne, quod inchoauerat peregit opus.

De Fabij Ambulsi filia.

Nec Fabij Ambulsi filia tam tristis, & lachrymis suffusa sese patri obtulisset, nisi patrii splendorem, & consulares fasces quorum strepitum expauit. forori inuidisset: cuius intempestiue lachrymæ magnis Romanam ciuitatē implere motibus, astruxerunt consulatum plebi curulis sellæ, & fascium ad id tempus ignare, mixtusq; ordinum sanguis miscuit & honores.

De Papyrio Dictatore.

Maiore ne iustitiæ affectu, an inuidiæ Papyrius Dictator Fabium magistrū equitum in castris primo, mox ad populū Romanū fuit: it atroci ter infectatus, nemo (ut arbitrator) facile dixerit. *oderat*

derat ille occidione (quod satis constat) dictatore absente ad uiginti, & amplius hostium nullia una acie, ex occasione eos adortus, cum iussus esset à Dictatore nihil mouere, quādiu ipse abesset. Aut igitur Papyrius nobilem illi uictoriā inuidit, aut nimis cōtempsit Rom. Legiōes, maiestatemq; Rom. populi, cuius precibus nunquā cessisset, nisi ueritus esset ne soluto imperio illius suffragio, cui id obstinatius negabatur, reus absoluere.

De multorum inuidia.

Est hoc ciuitatum peculiare malum, unde discordiæ, seditiones, intestina bella sæpe orta. Affectatur inuidia felicitatem: nūc; euntis uestigio heret, nūc ex obliquo asilit, occurritq; à fronte, nec patitur solidū esse fructum, qui ex rerū successu percipiendus est. Idem sane affectus, aut solus, aut præcipuus Cimonē tam infestum reddidit Pericli, Anythū Alcibiadi, Epaminundam Pelopidæ, Harmonē Anmbali, Fabium maximum Scipioni, Marcellum Cæsari, Prætexuit (scio) alius causam suo odio, sed disidiij origo aut ex odij fonte orta est, aut licentiabus fuit aquis respersa.

DE IRACUNDIA. Cap. III.

De Saulo rege.



Nemo unquā in uitio à primo ortu fuit, sed sua quisq; sit culpa improbus. Sūt me diij quidā motus animorū, quibus si

DD 3 male

male utaris, sicut uitia, si n aliter, uirtutes erunt, q enim peccati irascitur, ut uitium corrigat, nihil inhumane facit, qui iniuria damnat, aut illata ulciscitur, fortis hic & iustus: at q ira non frenat sed preceptum rapiunt, is immanis est bellue similior, quam homini. Extat uaria, & atrocia huius uitij exempla, & in his illud saul regis, q ob Dauidem, quem in se oderat, qd apud Abimelechum fugens ille in hospitio fuisset, regis ire ignarum, non solum hospitium ipsum, sed Nobeam etiam hospitalem urbem incendit, ciuibusq; ois sexus et etatis ferro deditis: fuitq; miserabilis illa clades eo calamitosior, q quinq; & octoginta sapientia et diuinatione illustres, Abimelechi causa, extremo sunt supplicio affecti.

De eodem, & Anna Caiphæ socero.

Contorsit idem spicula nonnumquam medio affatu in Dauidem, ut in uestigio transigeret: sed insania sui hæc dicit aliquis: Insana fortassis, nam potum (ut fertur) fuit mentis compositum. At non insanus Anna pontificis Caiphæ socer, qui cum uerum audiret, tanquam blasphemiam audiuisset, ita ira excanduit, ut

De synagoga ira. (uesti apectore considerit.

Obstulerunt sibi aures ad protomartyris uocem Cyrenenses Alexandrini, et quicunq; ex synagoga illi litem intenderant, uictiq; iuuenis sapientia, ira accessi urbe eiecerunt lapidibus obrunt.

S De ira principum in martyres. (unt. Anctorum supplicia hinc potius, quam ab ultione profecta.

profecta lucem oculis ad motam, ferre non poterat, insaniam, & furore ad acti principes malorum demonum cultores, pietate pro noxia, luce pro tenebris, diuinitatis opera pro prestigij habere.

De Ecclimo tyranno.

Ecelinus, qui, ut sepe est memoratum, seuitæ fama nulli tyrannorum cessit, uictus prelio ad Soncinam ubi res suas sensit una pugna excisas, uulnus, quod in acie acceperat, solum & circumligatum, frenans iram, si endensq; in morem seuientis feræ, unguibus conscidit.

De Sutenisibus.

Sutenenses Germanicum genus hominum, qui & Suetari dicuntur, cruenta quadam in finitimos uictoria, hostium caudera pro puluim sibi subijcietes tibi loci, ubi fuerat dimicatum, discubere: fueruntq; ex his qui ira & odio inexplebili hostem interim cruorem hausisse dicuntur,

De Factiosis Italiae urbibus.

Sed nusquam gentium meliora iræ argumenta extiterunt, quam in factiosis Italiae urbibus, cum nostratum patrum memoria, ubi principes factionum inimicorum potestate redacti, uini quidam combustum sunt, in crepundijs pueri interfecti, prægnantes matronæ ex cæco utero cum partu crudeliter peremptæ, multi precipitati, exenterati quidam, cordaq; ad obprobrium suspensa, ac diuerberata, sed quales fuerint

cuiusmodi carnificinae illud declarat, quod clementia
fuit hominem subijcere securi, aut laqueo necare.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

ET PRIMO

De Alexandro.

IRA (Et si temulentiae iuxta) Alexandrum Ma
cedonem totius Orientis uictorem in Chytū nutri
cus suae filium, à quo fuerat ad Granicū amnem
seruatus, peruotose armavit, & quae prouindiae
praefecerat, conuiuio admouerat, subita ira accensus
ferro traiecit.

De Pyrrho rege.

PYRRHUS rex, Sicilia relicta, primo in Italiā ap
pulsu in Mamertinorū Phalangē incidit, qui
non ausi regem à fronte laceſſere, extremum agmen
adorti duos elephantos & eos qui circa belluas di
mucabant, prius, uā rex eo occurreret, oppreſſere, et
iam cœperat turbari extremus ordo, cum Pyrrhus
suorū periculo commotus in medium sese certamen
iniecit: hic accepro uulnere ægre hostem à se propul
ſabat: anceps itaq; erat pugna, cum Mamertinorum
unus procerā statura, armis fulgens, atq; in medio
stans regem si uideret ad pugnam prouocat: ea de
mum cōtumelia rex inflam matus ei occurrat, ac tam
ualido ictu hostem percussit, ut ferrum capiti adactū
ita ad imā descenderit, ut magno spectantium stupe
re diuidiatum corpus in duas partes abierit.

De Romano

De Romano milite.

CVM Cannensi acie uictor Annibal Romana
luſtraret cadauera, repertus est Romanus
miles exanimis incubans semineci Pœno, cui armis
(ut credere est) amissis, aut certe manibus deſectis,
adeo naſum, labia, & mentū mordicus lanauerat,
ut ne humana quidem effigies superesset amplius.

De Perſe rege.

PERſES rex à Paulo Aemilio uictus, duos ex suis
ſe conſolari adortos unum poſt alium interſe
cit, ira & dolore præcipitantibus: tam atrox faci
nus in cauſa fuit, ut conſiſtim ab his, qd ad obſequium
parati erant, ſit deſtitutus.

De Nerone Principe.

NERO princeps nuntiata Galliarum & exerci
tuum deſectione, cū forte diſcumberet, præ
ira menſam ſubuertit: fregitq; duo immenſi præcij
pocula, quibus in tam uoluptuoſo principatu, nihil
fuit illi uoluptuoſius.

De Mahomete Othomano.

HABUIT Bizantijs Mahometes Othomanus qui
duo euerſit imperia, uoluptuariū ſeceſſū, huc
cōiſtim ingreſſo aderat illi duo (ut fertur) ex omni
puerorū multitudine, qui ad ſædiſimū uſum ibi loā
alebantur, eleganti forma, & hilari aſpectu: his ille
atring; immixtus ſolebat citro ultroq; per hortos de
ambulare, obſeruaratq; interim rex binos pubeſcē

tcs

tes cucumeres, quos cum eò reuerfus non inueniffet
ad eò in fubitam iram exarsit, ut pucros, qui paulu
lum diuerfi aberrauerant expofitulos, ac pertinac
iter negantes à fe decerptos, arrepto gladio, quem
de more ad latus fufpensum geftabat, unum poft alte
rum à ftomacho refectum patefecerit, uter coru fuit
ei autor fuiffet exploraturus, cum neuter fuiffet.

De Xanthijs.

Bis Xanthij in Lydia parentes, liberos, & ux
res, ira & desperatione interfecerunt, ur
bemq; in super cremarunt primo bello Persico: inde
post aliquot etates civili bello, quod Eruto, & Cassio
duabus est aduersus triumuiros Antonium, & Octa
nianum in Asia & Europa gestum.

De Xanthia muliere.

Fuit in his Xanthie mulieris exitus omnium
maxime memorabilis, quæ se in publico exco
dio, laqueo suspendit, paruū filium à se enectū manu
tenens, altera incensam facē, ut omnia secū perderet,
absumeretq; totam domum incendio.

DE SIMILIBVS CASIBVS, ET
EVENTIS.

Caput IIII.



Anceps & incerta reputatio est, casu
& fortuna fat, ut in summa rerum hu
manarum uarietate, tanquam in uber
rime aliqua materia, quædam eundem
exitum

exitum fortiantur, deseranturq; in eundem casum,
40 similitudines ædendas idonea sit potius, & cœ
ta rerum series, et certis contenta numeris, cuius di
scursu necesse sit interdum idem in pluribus eueni
re. Quamquam impium sit (puio) hic fatum, aut fortu
nam nominare ubi prouidentia pensanda est.

De Arabia infelicitate.

VTCunq; tamen hæc estimanda sunt, mirum
uideri potest. quod in una eademq; terra,
quæ Arabia est, ductu olim, & infelicibus Cham
(qui fuit Noë filius) auspicijs, prima ueri dei orta sit
oblitio, mox uero multis etatibus interiectis ibidem
terrarum Christianæ sint fidei, ueræq; luci tenebræ
obortæ, Mahometis execrabili instituto.

De Samsone, & Hercule.

Quid quod duo immensi roboris uiri, imui
45 atq; fortitudinis, hic in terra Græcia, in lu
dea ille, ambo eodem tempore claruerint, sintq; fa
mam auspiciati à Leonis interitu, muliebri si aude am
bo periclitati?

De filijs Iſrælis.

Age uerò nōnne & hoc mirabitur mysticæ
46 rei ignarus? qd' bisfeni fuerint Iſraëlis filij,
totidē et Christi discipuli, & in his unus, Iudas noīc,
unus, qui tricenis sit nūmis uēditus, tricenis et Chri
stus: fuitq; ille sub terra, uiuusq; inde receptus est:

Fuit

Fuit et hic, qui propria uirtute surrexit, uiderunt illi fratres sublimi solio sedentem. uiderunt hunc discipuli cœlum scandentem: spectabunt postmodū omnes gentes cum ad dexteram summi sedebit patris humanum genus iudicaturus.

De tribus Herodibus.

Fuerunt tres clari in Iudea Herodes, non magis inter se similes nomine, quā & humane salutis interpolandæ studio, quorum is innocentium cruore crudele solium resperfit. Filius Christum regem pro despiciatō se dimisit. Nepos Barionā uinxit, Iacobum interfecit.

De Totila.

Bis Roma à Totila Gothorum rege obsessa est, bis fame fatigata, bis ab Isauricis militibus noctu prodita.

De Alexandro pontifice.

Accidit & illud insigniter, quod Alexander Romanus pontifex, huius nominis secundus quicquid; tertius, & quintus fuit eiusdem nominis, schisma & Antipapam sunt non sine erumina perpessi. Erat & sextus Alexander tum pontifex cum hæc commeteremur, qui & si non alterum uidit aduersus se pontificem creatum, tulit tamen primorum antistitium secessionem.

De cith

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
ET PRIMUM

De Troia.

Fuit & Troia, quod ad Ethnicos attinet, equus semper exitialis, ob Laomedontis equos, primū urbs capta est ab Hercule & excisa: dein lignea effigie, pari euentu uent in hostium potestatem: postremo Charidem ductu, cum equus ferro confossus concidisset, fuit incens ilienisibus, quo minus fœres irruentibus obicerent hostibus, impedito.

De duobus Aphricanis.

Nec minus infesta fuerunt Carthagini duorum Scipionum nomina, quorum is Punicas freti opes, ille funditus euertit: reddidit hic Carthaginem tributariam, ille solo equauit.

De Actæonibus.

Tulit non unus Actæonis nomen, sed infeliciter, & lamatu obnoxium: duo apri occursum perempti. Syrus unus, alter in Arcadia, tertius in Bœotia à canibus discerptus. Amatorius furor ultimum lanauit.

De Fortuita luscitate.

Fuit, quis ignorat, & hoc fortuitum: ceterū tale, ut fortune inuidia comparatum credi possit, quod clarissimi duces altero oculo priuati sunt, super fueruntque diuisi orbitati, Philippus rex, qui

magni fuit Alexandri pater, Antigonus, qui Demetrius, Annibal Barchinus, Sertorius Marianarum patrum dux acerrimus, & nostra tempestate Federicus Urbinae ueteribus magis, quam sui temporis ducibus comparandus.

De Cantabris.

Cantabri ultimi Hispanarum gentium domiti à Romanis, ultimi à Gothis subacti: ijdem cetera Hispania amissa Sarracenis soli omnium restare: dubium casu an constantia gentis, & indomita ui, quæ aut uincere norit, aut cadere.

De Augustis, & Constantinis.

Augusti cognomen tulit, qui primus Rome imperauit, Augustus etqui ultimus: A Constantino Helene filio conditum Bizantij imperium, sub Constantino, quæ Helena peperit, euersum nostram uidit etas.

De C. Cæsare.

Martij Idibus natus est dictator: eodẽ die optimatum conspiratione in curia concidit, tribus & uiginti uulneribus confusus. Põpio quoque magno, qui primus fuit uite dies, fuit & ultimus.

De Ternario Numero.

Ter opima spolia Romæ relata, ter cum Carthaginensibus bellatum, eorumque semper infelici euentu, ter Capitolium deflagrauit. duo Bruti libertatis assertores, ijdem assertam tuendo mortem oppetiere: duo eiusdem nominis Mutinæ obsidione fatigati,

fatigati, M. Bruti pater, & decimus Brutus, qui unus fuit ex percussoribus Cæsaris.

De Lycide, & Pitheo.

Lycides, & Pitheus fratres, ex huius filia, quæ Aethra fuit, Theseus ortus, ex Alcmena, quæ ex illo genita est, Hercules, duo Græciæ lumina: pari euentu Peleus, & Telamon Aiaci filij omnium, qui ad Troiam militarunt fortissimos genuerunt, hic Achillem, ille Aiacem.

De dierum quorundam felicitate.

Quarto die mensis, quæ Athenienses Tisicæ ^{τοισκουρα} dixerunt, auas clarissimas pugnas feliciter Græciæ depugnaui ad Leuctra, & Gerastum, quibus uniuersæ genti libertas quesita est. Persæ sexto Andromonis die ad Marathonem ingenti prælio uicti: tertio eiusdem mensis ad Plateas, & Micalæ. Eodem mense Athenienses in Chio ingentem pugnam feliciter depugnarunt, & ad Salaminem multo felicius aduersus Xerxem cum tota Græcia, uicit et Tymoleon Corinthiis Carthaginenses ad Granicum annem in Sicilia.

De Mensis infelicitate.

Sed quàm hic mensis Græciæ felix tam ^{μυρτα} infestus: quo mense in Cheronæa Philippius, & ad Cranonem Græci prælio superati sunt, his Thebæ captæ, & excisæ, cum mysteria tenerent: eiusdem

eisdem diebus Athenienses Macedonum praesidium
acceperunt, & ab Attalo sunt rege dicti.

DE ORACVLIS.

Caput V.

De Israële.



Inter nocturnas imagines, quae mul-
tae, & uariae sunt, nulla certior, ueri-
orq; cū rerum euentu, tum hominū
opinioe probata est, quā quae ex
numinis appropinquatione constat,
aut parentum sanctioris uel personae per quietē ma-
nitu uel affatu: qualis species Israëli in deserto dor-
mienti obuersata est. Is altiore somno pressus in soli-
tudine, imaginatus est cernere, se scalas à terrae fi-
cie in caelum surrectas, multosq; miranda specie iu-
uenes formaq; augustiore humana, ascensū per eas
descensumq; moliri: tum uero doceri sibi uisus est
coelesti uoce, ut pergeret, ut Mesopotamiam ire. so-
re, ut nuptiae, quas animo agitaret, non solum prof-
pere cederēt, sed miranda indole sobolis incremen-
ta ad posterōs uentura, futuramq; eam stirpem om-
nibus terris celebrem: nec defuit oraculo euentus.

De Mosis patre.

Pari fide sequens oraculum illustratum. Ama-
ramis Iudaeorum unus pietate insigni, cum
crudelissimo Pharaonis edicto omnis Iudaeorum
progenies

progenies pro deplorata haberetur, media quiete
iussus est dare operam procreatione: fore ut filius ex
ex eo nasceretur, qui fractis Aegyptiorū opibus po-
puli seruitio eximeret. Moses inde oritur, quo nec
sanctior nasci potuit ad religionem sancientiam, nec
ad uindicandam libertatem magis idoneus.

De Samuelis umbra.

Monstrauit & Samuelis umbra Saulo nig-
lanti, quā tristis pugnae exitus regē ipsum
& omnem regis progeniem maneret. Sed sirox ille
nimis, qui tam funesto praelio nō abstulit, uel quod
abstinere non potuit, aut certe quia non credit.

De Iosippo.

Nec adumbratio illa leuis, quae Iosippus Dei-
parae custos, & fidus comes, per quietē ius-
sus est Aegyptum petere cum puero nuper nato, &
matre eius, ac tam diu procul abesse, donec Galilea
indigenis pacaretur, essetq; nunus in ista à crude-
lissimo Herodis imperio.

De Magis.

Pari miraculo tres illi qui ab oriente uenerūt
magi, ut Christum nuper natum adorarent,
intempesta nocte monuit, ne ad Herodē reuerteren-
tur, quē Hierosolymis cōuenerant, rati (quod erat)
caeli numen interesse ijs quae fierent, ab hosti italura-
be diuersi domum abierūt. Sed nulla res sacrae lite-
rae pluribus sciet exemplis. Nam quotus quisq; reli-

Et gionem

religionem adiit, qui non aliquo instructus oraculo, uisus sit sibi diuinæ uoci, non nocturna: imagini obtemperare?

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
ET PRIMO

De Aenea.

Aeneas ex illo profectus præter Creusæ idolum, & deorum Pœnatiū affatū, monitus ab Anchisa patre per quietem, Sybille antrum adiit, & Elysijs circumiit campos.

De Alexandro Macedone.

Vrbem in Aegypto conditurus Alexander, anceps consilij, ubi loci eam potissimum adificaret, in tempesta nocte dormienti senex affuit uenerabili specie, qui Homericum illud incinuit, Præterea ea undinosa quædã iacet insula ponto. Quam Phæron appellant, Aegyptia littora cõtra. Quod oraculum Macedo secutus Alexãdriam, ubi hodie uisitur, auspiciatissime condidit.

De C. Graccho.

In felicissimo fratris exitu territus C. Gracchus pertinaciter abstinebat à republicæ administratione, horrebatq; optimatum potentiam: ceterorum graui somno pressus, imaginatus est se à fratre moneri ne publicam causam metu proderet: esse in fati, ut ipse quoque similem exitū sortiretur: ut qui

in tuenda

in tuenda Romana plebe nõ dissimili studio fuissent eundem uite exitum uterq; sortiretur.

De Octauio Augusto.

Erex itonanti Ioui ædem in parte Capitolij Caesar Augustus, quã Cantabrico bello uouerat, dedicatamq; quotidie frequentabat: uisus itaq; est sibi per somnum Iuppiter Capitolinus queri sibi cultores abduã scq; respondisse tonantem pro iamtor: ei appositum. ac mox tintinabulis fastigiũ ædis redimiuit, quod ea frẽ tunc ianuis dependebant.

De Galba imperatore.

Galba qui post Domitium Nerone princeps fuit, sumpta uiuili toga, somniauit fortunam sibi dicentem, se ante fores defessam stare, futurum, ut nisi ocius reciperetur, cuiusq; obuiò præda esset. mirum quod inde secutum est, aperto atrio sinu lacrum dei æneum cubitali maus iuxta limen inuentum. Id Galba omni tempore mensuris supplicationibus peruigiliq; annuersario coluit, quoad ludibrij illius præsentia desitutus, cum uita principatum amisit.

DE SOMNIIS. Caput VI.

De Iosippo.



St somnium oraculi consanguineum: utruq; eni parit somnus, distat tamẽ, in affatu hoc est positũ, illud in figura

Ec 2 obscuro

obscuræ significationis, nisi diligens interpretatio adhibeatur: qualis fuit species illa, quæ dormiens Iosippus imaginatus est se cernere: quod oēs defectæ segretis manipuli, quos fratres secuissent uenerabundi ad suos accederēt. Secuta recentior imago, quæ uisus est sibi à sole, luna, & stellis adorari: quæ nihil obscure ad ea pertinuerunt, quæ in Iosippo postea euenere: potuit ipse puer (ut erat) à fratribus uendi: fatum mutari non potuit.

De Regno Pincerna.

Fuit & illud certi euentus, & si figura diuersum, quod rex regis Pincerna, & mox pistorum præfectus, per quietem uiderant: hic treis se cistas ferre capiti impostas, duas panis, unã crudi obsonij plenã, quã iportuna uolucres diripuissent: ille treis opimatus est se uuæ racemos exprimere, ex quibus regimustum ppimaret: id duplex schema Iosippus interpretatus, pincernæ munus: ij restitutione potendi significauit, alteri uitæ priuatione post iriduum, quæ cruce finiretur: nec defuit cõiecturæ euentus.

De Pharaonis somnio.

Secuta mox alia somnij species obscurioribus adhuc uelamibus. Vidit Pharaon rex Aegypti per quietem septenas boues hilari aspectu ab ripa fluminis ad paludem aberrantes, quas totidem aliæ deformi macie, palustrisq; loco emerse exceptas conficerent. Quæ duplex somnij imago Iosippi sagaci interpretata

interpretatione soluta est: septem annorum ubertate, letitiãq; per nitidas boues demonstrata: per macie confectas portentosa totidem annorũ sterilitate.

De Amalechitz militis somnio.

Age nunc & qualis fuit imago illa, quæ Madianitis, Amalechitzq; excidium portendit: uastabant hæ gentes Iudæam bello, siccerantq; castris trans Iordanem, in quibus miles unus dormiens uisus est hordeaceum panem intueri, qui per tota castra prouolutus ingentẽ aderet stragem. Nec defuit qui per despiciatissimum panem Iudæam interpretaretur, qui contemptui esset hostibus: nec fides nõ breui respondit. Iudei Gedconis ductu eadem nocte hostium castris insinuat, memorabilem adiderunt stragem: suntq; centum uiginti millia hominum à decem milibus occisione occisa.

De Martiani somnio.

Martianus, qui Athlanis temporibus Byzantij imperauit, per somnum uidit arũ Athile regis disfracum nocte, quæ ille in Pannonia subita morte consumptus est.

De Genseric somnio.

Quid? Genseric somnio potuit ne quicquam significantius monstrari? fuit is Vandalorũ rex, Romamq; cepit, & diripuit: compelli sibi uisus est per quietem à tribus iudicibus deponere flagellum, quod in manibus haberet, à quo u' u pauci inde

dies intercessere, quibus Barbarus rex desit in bre-
manis esse, quod futurum Paulinus Nolanus Antis-
stetis prædixerat.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
ET PRIMUM

De Sacerdotum somnio,

Svbtebam his Ethnica. Timoleonte Corin-
thio ad Dionysii tyrannidem euerendam
in Siciliam profecturo, Proserpine sacro-
dotes somniasse dicuntur, deas peregre pe-
ciscentes, & cum Timoleonte in Siciliam nauigare,
quapropter Corinthij sacram triremem publice in-
struxerunt, instructæq; duarum cognomen dearum
indiderunt: fuit expeditio illa tam prospera Timo-
leonti ut numen aliquod gerendæ rei non solum in-
terfuisse uideri possit, sed etiam præfuisse.

De Alexandri magni somnio.

Obsidebat Alexander Macedo Tyrum in sa-
lam iam septimum mensem multa ope: erat in-
ceps adhuc uictoria: cum per quietem Satyri speca-
cies ludibunda illi obuersata est, refugiens quoties
in amplexum trahere conaretur: ceterum post longam
ludificationem uisus est Satyrus congruere, pectus
tq; complexum. Nō desuit qui ex uocis interpreta-
tione indubitata sit regi uictoriam pollicitus, quia
id nomen tua Tyrus latialiter sonet.

De eiusdem

De eiusdem somnio.

Nec illa parū obscura significatio, quod idē
rex sub id tēpus, quo Tyro potitus est, quie-
te pressus cernere est sibi uisus Herculem, qui à Ty-
rijs religiose colebatur, è muro sibi dexteram por-
tigeret.

De Philippi Regis somnio.

Philippus Alexandri pater post primos Olym-
piadis toros per somnum imaginatus est, se si-
gnum alio coniugis imprimere, cuius figura leonis
esset; quod ad Alexandri potentiam haud dubie
pertinuit.

De Olympiadis somnio.

Olympias (quod magnitudinem futuri par-
tus proculdubio portendit) nocte, qua Phi-
lippi toros passa est: existimauit facto conuulso fulmē
suis se uisceribus insinuasse, ex cuius resultu magnā
emiculisset incendium, idq; in flammis late diffusas
abissse.

De Dario regis somnio.

Quam præterea euidēs demonstratio in quies-
te Dario regis contingit: qui nisi coniectori-
ribus ad gratiā magis quā ad fidē imaginē trahenti-
bus credere uoluisset, præuidisset nihil obscure exci-
diū, quod suo regno iminebat: uidit ille p quietē Ma-
cedonicam phalangem igni late depasci, Alexandriq;
Ee 4 sibi

sibi ministrare ea amicum suam quam ipse olim regi seruiens gestare erat solitus, cumq; postea quam belli templum intrasset protinus euasisse.

De Caesaris Dictatoris somno.

Est & Caesaris Dictatori futura potentia per somnum demonstrata: dormiens existimauit cum matre coire, que nocturna species (ut somniorum coniectores interpretati sunt) terrarum imperium illi presignauit, quia terra sit omnium mater, quam subactam sibi uiderat per quietem.

De Octauij somno.

Octauius Augusti Caesaris pater cernere sibi uisus est, cum alto somno pressus iam cret. solare uubar ex Actae coniugis utero ortum: quod ad filij celebritate haud dubie pertinuit: accessit recens imago Actae, que sub ipsum puerperij tempus per quietem putauit sua uiscera in caelum extolli, explicariq; per omnem terrarum, & aeris ambitum.

DE PRODIGIIS. Caput VII.



Repudauit Christiana pietas, uanam, & superstitiosam illam ueterum Romanorum altarumq; gentium circa prodigia omnia, & ostenta obseruatione, oia ad diuinam prouidentiam, pie & sapienter referres: ceterum tam sepe res sacris est literis repetita, ut silentio praeuertat, aut ignorata credi possit, aut paru animaduersa.

animaduersa. Ast ego satis me facturum religioni arbitror, si quicquid hoc est, quod uana uetustas superstitiose seruauit, ad prouidentiam refero, praesq; uoce tester, nihil supra nihil infra fieri, quod non numis aut iussu fiat, aut permissu.

De prodigioso Nilii fluxu.

Prodigium uocet Ethoncorum persuasio, ac te trum quidem & horridum, quod Nilus cruentis aquis fluxerit, quo phibirias non unum aliquem Aegyptiae genus (ut assolet) sed omnis ipsius terrae indigenas uno tempore corripuerit, quod ranae coaccruatim enectae, caelum, & omnia infecerint, & locuste agros depaste sint, & grado ingens de caelo missa nihil in agris reliquum fecerit. Prodigiosa haec sunt (quis ignorat) apud mysterij ignaros, qui sacras literas attigerunt, ut uerius ita libentius miracula dixerint.

De Masphatana tempestate.

Nec alio quam prodigij loco propheta uulgus ponat, & Philistaeis ad Masphaton in acie stantibus lacescentibusq; iudeos, ac conuictio in sectantibus, quod metu, & ignauia in edito se tenerent, ex improviso horrende mota sit terra, subderitq; in patentem hiatum: sitq; procella uigescuta cum uentorum turbine, que tanta ui acie afflixit, ut Philistaei uiolenter rotati, attoniti, atq; armis exuti, passim ut inertia pecora sint a iudeis occisione occisi.

Ec 3 De prodig

De prodigijs Iudee.

Anno quo Hierosolyma excisa sunt à Romanis Titi, Vespasiani ductu, sydus gladij signa in celo apparuit, ipsi urbi imminens, currus diuersis celi regionibus uagantes obseruati, & armatacies uise transuare nubila, hæc uoces, hæc tuba, hoc uerū celi edictū, quo populus ille ad pœnitentiã uocabatur, sed aut non credidit, aut cæcus, & peritiam celi minas contempsit.

De prodigioso defectu fontis.

Obsidebat Belsarius, cum Italiam à Gothicis uindicaret Vrbinum in Umbria, repenteq; fons unde tota ciuitas aquabatur, sua spõte exaruit, qua subita defectione non aliter quàm prodigio quodam percussis Vrbinates deditionem fecere.

De Genuensi fonte.

Genua, quæ Ligurum est caput, Ioanne huius nominis undecimo apostolicâ tenente sede fons sanguinis prodigiose fluxit, nec multo post urbs ipsa est à Sarracenis capta, & miserabiliter afflictâ. De Prodigiosa maris bellua & uolucrū certamine.

Pro bello uicti, corui uolucres aduersis inter se agminibus suprac læsem conflixere, quorum cruor superne cadēs triremes resperisit, remigēdâ hæc ex una nauī in aliâ transfiliētē immanis bellua deuorauit.

D.

ETHNICIS EXEMPLIS,
ET PRIMVM

De L. Sylla

Proficiscatur ad sociale bellum cum florentibus copijs L. Sylla, cum circa Lauranam ingens terræ hiatus exiit, inde lucidus, & purus ignis protinus emicuit extenditq; ad celū flammâ. Fertur ita esse à uatibus responsum, futurum ut cum uir bonus, & singulari aspectu principatum gereret, tumultuosus rerum status in melius mutaretur.

De prodigijs, quæ ciuile bellum præcessere.

Sed nullo unquâ tempore plura, scēdioraq; exspiciunt prodigia Romana ciuitas, & reliqua Italia, quàm primo ciuili bello impendente. Ignis ex hastis, quæ Romana signa gestabant subito emicuit, estq; ægerrime restinctus, tres corui pullos suos in uiam productos fœde laniarunt, quod ex laniatu superiit in nidum retulere, mures in templo aurum rasere, captaq; ex his scæmina, ac quinos musculos in muscipula enixa, tris ex illis deuorauit, & quod omnium maxime terrificū fuit, puro, serenoq; celo tubarū clāgor in aëre cœcrepuit, et lugubres intendēs uoces, mortales metu & pauore defixit.

De alijs prodigijs.

Est et illud proditū memoriæ M. Acilio, et C. Portio Cos. lacte & sanguine pluisse.

Carne

carne uero sepius .ut L. Volumnij, & Seruij Sulpitij consulatu, & quā aues non diripiissent, in corruptam iacuisse. Pluit & in Lucania h' rro, anno antequam Crassus in Parthia perijt, omnesq; cum eo Lucani milites, quorum magnus fuit in eo exercituum numerus. Cosanum apud Castellū pluit lana, quibus locis sequenti anno est. T. Annij Milo interficitus: quo causam dicente pluit lateribus. Est & crepitus tube à caelo auditus. Cymbricis bellis, ab Amerinis uisa arma caelestia ab ortu, occasuq; inter se cōcurrentia.

De Prodigijs. M. Crasso oblatis

MArcus Crassus ad Parthicum bellum profectus, cum annem quēdam iunxisset ponte, quā in hosticū transmissurus erat exercitum, tempestas subito coorta est cum tonitruis, & fulminibus ita aduersa militū ora perstringens, ut transitu prohiberentur, secuta uis uentorum ingens, quae ualde pontem disiecit: transmissum est nihil, & cecus locusq; ubi primū Romanus fecit castra, fulmine ictus est. Nulla potuisset uoce clarius demonstrari clades quae duci & militibus imminēbat, ceterum quia illa euenire oportuit, res satis prouisa, ut inopinata, & improuisa fuit perituris.

De prodigioso equorum fletu,

Equi quos. C. Caesar initio belli in Rubiconis traiectu cōsecrauit, uagq; et sine custode ut emerit

ut emeriti pascebantur. sub tempus, quo ipse iam Dictator interfectus est, pabulo abstinere cōperti sunt, atq; uertim flere.

De Aquile prodigio.

Illud etiam nū memorabile, quod Triumuiralibus copijs ad Bononiā contractis sedit Aquila super Octauij tabernaculū, duoq; hinc inde coruos incessentes uehementer afflixit, uniuerso exercituum futuram Triumuirorum discordiam, & eius exitum praesagiente. Sed omnia id genus exempla ponere superuacue sit operae: praesertim cū in his aeli mandis, tam frequens fuerit, quā uana Ethnica superstitio.

DE OSTENTIS Cap. VIII

De Rubo incombusto.



Sunt Ostenta prodigijs haud dubie agnata: haec diuersa tamen, quia illa natura sunt, haec praeter ordinem naturae, accelerantq; euentum, & si quae tardius sunt, praesignant nonnunquam, ut Rubus ille, quē Moses uidit incombustum, cum Batuelis oues pasceret. ut huius uirga, quae in Draconē sese uertit, priorēq; recepit formam, sed utruq; mysticum, longiusq; traxit euentum.

De Ostento à Daniele uiso.

Iam uero & illud fuit tardae significationis, siue ostentum dici oporteat, siue potius portentū, quod

quod Daniel est intuitus: cum Susis in Mesopotamia esset subito, & horrendo motu terræ in publico deprehensus, in faciem concidit: hic caelesti uoce iussus surgere, & cælum intueri, conspicatus est arietem magnitudine immanu, plura habentem cornua, & in his eminentissimū unum, quod extremo agnatū esset loco: inde arietus ab occasu per aërem delatus ab coisus, qui arietē altero capitis impulsu stravit, stratum conculcauit. Ingens præterea cornu ex hirci fronte eminent productum, quaternaq; illi cornua agnata in quatuor diuersas mundi plagas obuersa, & in his exiguū unum, quod dum oriretur, reddita, nox est ex proximo, id olim dei templū crematurū, triennioq; sacra inhiabiturū, per quæ diuino ille afflatus spiritu Persici regni euerfionem interpretatus, inelytam Alexandri uictoriam, & impietatem regum, qui ab eo fuerunt presagijt.

De Regie domus Ostento.

Seruebant Iudei seruitutē in Assyria, obtinebatq; Mesopotamiæ regnum Balthasar, cum in regia domo manus repente extiit ex dealbato pariete, quæ hæc scripserit Mame, Thetel, Phares, numerum scilicet pondus, & si agmenū: id ostentiū quid significaret unus omnium Daniel præmādit, docuitq; eius regni excidium appropinquare.

De Iordanis fluij Ostento.

Iordanes Israëlitis progeniem postliminio reuertam,

sam, in Palestinam transmissurus retrocursum auertit, ne fatalem genti impediret accessum:

De Solis Ostento.

Sol præterea multo tardius solito occidit, ut Iosue speciosius uinceret: nullus dies Israëlitis aut longior affulsit, aut lætor. uocat hæc haud dubie ostenta diuinorū operum ignarus, sed miracula uerius dicenda sunt hæc diuinitatis opera, & non naturæ suæ lege aberrantis.

De Olci Ostento.

Simile est quod sequitur, sed ab alijs aliter est imitatur: sub id tempus quo deipara uirgo sacratissimo est partu soluta, Romæ Transyberina regione oleum terra eripuit, perq; integrū diem perpetuo manauit fluxu.

De Solis Ostento.

Sed nullum (quod sciam) maius unquā in celo apparuit ostentum, quā quod citra naturæ legem die quo Christus Theantropos in iudæa cruci est affixus. Sol à sexta diei hora ad nonam obtenebratus est: sui puerūt miraculum sapientes, naturalium rerum gnari, & in his Dionysius Arcopagita, qui ad tale ostentum exilisse dicitur, atq; exterritus exclamasse, aut mundus soluitur, aut deus natura patitur.

De ignoti hominis Ostento.

ERat Mauritius princeps Gregorio Pontifici infestus,

infestus, imminet atq; impius Imperator pietissimum uiro capitaliter. Cæterū obseruatus est quidam omnibus ignotus monastico habitu strictum tenens gladium, quē gladiatoris statū circumferens, alta intonuit uoce Mauritium ferro periturum, abstinuit ille uim tali territus ostento perijt tamen nullo scæcuius.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
ET PRIMUM

De Solis Ostento.

Sacræ Aegyptiorū literæ significarunt bis solem occidisse ubi oritur, ac totidē ortū ubi occidit, quo à naturæ lege magis alie num esse potuit nihil.

De Mule partu.

Cum Darius rex Babylonem obsideret, uox hostis audita est, ex murorum fastigio cauilantis, tum demum Darium Babylone potiturū, cum mula pareret: tenuit inde obsidio annū, & amplius: & iam desperatio capiendæ urbis cæteros subire cœperat, cū iam Zopyri mula enixa est. fuit Zopyrus Megabyxi filius, qui cum Dario magos interfecit. Aeditū est id ostentum, ac simul in uis Zopyri consilio & arte capta est.

De Ostentis Romæ factis.

Nulla unquā ciuitas plura uidit ostenta, quā Romana, fuit enim oīm maxime Hætuſcæ super

superstitionis æmula, proditum est itaq; literis, bouē sub aratro locutum, puerum semestrem in olitorio foro triumphum exclamasse, sereno die tubarum sonitum è celo auditum. L. Martio, & Sexto Iulio Cæs. in agro Mutinensi duos inter se montes ex aduerso concurrisse ingenti crepitu abultantes, spectatumq; id ostentum siue quis portentum malit appellare ab equitum Romanorum, uitorumq; multitudine: præcessit id ostentum non nihil sociale bellum, quo nullū propemodum fuit Italiæ calamitosius.

De Ostento in Mauricinis factū.

In Mauricinis anno, quo Nero pestis humani generis principatu excidit, prata oleæq; media militari uia in contrarias sedes transiere.

De Ostento Casini factū.

Superat omnem admirationem ostentum, quod Licinio Crasso, & C. Casio Cæs. ut in Romanis annalibus proditum est, Casini fieri contigit, ut ex uirgine quidam sub parētibus puer factus sit. hūc ætas illa adeo auersata est, ut aruspicum iussu in desertam sit insulam asportatus.

De simili Ostento Argis factū,

Mvtianus ter consul prodidit uisum à se Argis Aristonem cui nomen Aristuse fuerit: nupsisse etiam, mox barbam illi & uirilitem prouenisse, duxissetq; demum uxorem, idem autor est, alterum à se puerum Smyrnæ uisum, qui pari sorte ex

ff femina

foemina mas repente euasisset: par ostentum & in
Cositio Tyrdriano factum, qui nuptiarum die in
marem mutatus est.

De quibusdam alijs Ostentis.

Multo foediora haec, magisque terrifica, quam
Mule partus, aut a lban lacus subitum in-
crementum, aut quod mare sub id tempus, quo Dio-
nysius tyrannus regno excidit, dulce sit factum; &
potabile in potu.

DE OMINIBVS. Cap. IX.

De Mose adhuc puero.



Lxcusat uocis ratio illorum errorem,
qui in uerbo duntaxat omen posue-
runt: sed honoru pars multo maxima
non magis (ut uideo) uocis quam rei
omen uocauerit: adijciunt illud quidam nihil horu,
que omen afferunt, ad eum pertinere, qui id in se
no recipiat, nec sua interesse arbitretur, quae ex suo
alienoue ore imprudenter excidunt, aut inconsulto
fiunt: & ut uetustiora dicantur, indubitatū id omen
fuit eorum, quae postea secuta sunt, quod Moses ad-
huc infans, coronam capiti admotam consedit, pro-
iectamq; pedibus conculcauit.

De Ioanne Zachariae filio.

Eiusdē generis est, sed admiratio maior, quod
Ioannes Zachariae filius nondū in lucem edi-

tus, indubitato prophetici spiritus argumento, sub
ipsum almae uirginis ad Helisabetā matrem ingres-
sum, gestienti simul, uisus est sentire seruatorē hu-
manu generis adesse, qui uirgineo gestatur utero.

De Magorum Omine.

Potest & illud ad hoc referri, quod myrrha,
thure, & auro sit a Magis donatus Thean-
thropos Christus adhuc infans, ut plus Magi omni-
no dederint, quam tunc dare se arbitrarentur.

De Simeone.

Impie faciat, qui no propheticae mentis fuisse au-
tumat Simeonis illud, ad deiparā uirginē, cum
optatum in manibus senex humana teneret redem-
ptionis pignus, & hic gladius tuam ipsius pertran-
siuit animam: uana tamen superstitio omen libentius,
quam oraculum dixerit.

De Cayphae Dicto.

Pari interpretatione alij aīo uocent nomine,
quod Hebraeorū pontifex Cayphas pro con-
uisione effatus sit, oportere unū mori pro populo.

De pueris Hebraeorum.

Vel quae tam euidens significatio fuit in uoce
unquam, quam in pueri illa acclamatione,
Osanna fili Dauid: notū est carmen, per quod Chri-
stus rex pullo sedens asinae ad uenerabunda ciuitate,
Hierosolyma ueniens excepit est.

Fj 2 Delectis

De Iesu Anani filio.

NEc ciuitas ulla omninoſius quicquam audiuit, aut uidit, quam Hieroſolymitana ſub id tempus quo exciſa eſt à Tito Veſpaſiani filio. Ieſus Anani ignobilis alioqui ruſſici filius, cum ad ſolens ne ſacrum ueniſſet, quo Atræge ſtaturebantur in templo, phanatico ſpiritu repente impuſus, uociferantior ſus eſt. uox ab oriente, uox ab occidente, uox à quatuor uentis, in Hieroſolyma & templum, uox à ſponſos, & nouas nuptas, uox in omnem populum. hec irrequieta uoce clamitâs ſepe correptus, ac magiſtratuum iuſſu ſlagro cæſus mutare non potuit, ac ne fleuit quidem, aut ingenuit cum atrociter cæderetur: nec medio ſuppliaō eſt quippiam ſupplex locutus: ſeptem annos nullum adiit: ceterum ceu medians, illud frequens ſonare, Ve Hieroſolymis, urbe à Romanis circūſeſſa cum murus circuiret, ue ciuitati ingeminans, ue templo, ue uniuerso populo, factū eſt, ut illud inſolens adicerit, ue mihi etiam, atq; in ea uoce hoſtili tormento ictus concidit.

De Constantino imperatore.

Conſtantine imperator cum forte aciem in aduerſum hoſtem inſtrueret, crucem in celo inuoluitus eſt: ſimulq; uocem audiuit, uince in hoc ſigno, accepit omen, ſiue oraculum illud Conſtantine: ac ſimul uictoria ſecuta eſt.

De Rom.

De Rom. populo Omine.

Recens rei memoria eſt, que ſequitur: ſed omen cuiusq; ueterum in ſigni euentu comparandum, prodijt frequens Romana ciuitas obuiam Aeneæ Picolomineo antiſtiti ſupremi ordinis Romæ ad noui pontificis creationem uenienti: mirum hic accidiſſe aiunt, dubium præſagio an ciuium ſtudio, pars (quod ſatis cōſtat) ciuitatis multo maxima pontifice n̄ ſalutauit: ſuntq; id omen illi ratum, creatus eſt illis ipſis comitiſ pontifex, Piuſq; cognominatus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
ET PRIMVM

De Numa Rege.

Fuit certi inſtar ominis in NUMA rege, quod eodem die quo eſt in Sabinis natus, Roma eſt condita à Romulo, in qua ipſe poſtea ſecundus à conditore legitime regnauit.

De Centurionis Omine.

Tenebat diſſialis conſultatio ſenatum, eſſet ne Roma inſtauranda à Senonibus Gallis recepta, an populariter Veios migrandum: cum ex ea parte fori, que curiæ adiacebat Centurionis uox ex præſidio redeuntis audita eſt, ſta ſignific: hic optime manebimus: quod omen magno ordinis conſenſu acceptum ſcit, ut urbs retenta ſit, & rogatio de noua colonia fuerit antiquata.

Ff 3 De Tiberio

De Tiberio Graccho.

Tiberius Gracchus, die, quo optimatū conspici ratione in Capitolio perijt, cum domo egrederetur, limini pedem offendit: ad eōq; grauer ma ximus pedis digitus est conuulsus, ut cōfisso ungue cruor toto calceo manarit.

De Mario Aspinate.

Sed quā triste fuit illud Gracchi omen, tam le stum & optabile, quod in C. Martio exiit: erat is adolescens, merebatq; sub Scipione Aemilia no in Hispania, incidit forte sermo apud ipsum ducē exercitus de claris imperatoribus, ac rogatus Scipio, quem post ipsum habiturus esset Rom. populus summū ducem: tum ille leniter C. Marij humerū tan gens, hic erit inquit omnium præstantissimus.

De altero eiusdem Omine.

Extulit uox tali ducis haud aliter Mariū: quā oraculum quoddam certissimū, ut iam inde nō nisi magna, & excelsa sibi proponeret: sed maiore (ut credere est) alebāur omine ingentes illius spiritus, qui tam in prosperis, quā in aduersis infacti in eo apparuerunt: puer cum ruri dleretur, septē aquilarū pulli reperti sunt à matre in eius gremio: responderunt interpretes talium ostentorum super ea re consulti fore, ut septies rempublicam imperio receptam suo præsidio tueretur: idem omen effecit,

effecit, ut ne in extremis quidem rebus Marius de se cerit ueteri oraculo confisus.

De Casare Dictatore.

Cæsar Dictator cum in Aphricam aduersus Pompeianorū reliquias exercitum depos tasset, ac primo litore nauis egressus concidisset, uer tit confestim omen in melius, exclamans, teneo te Aphrica,

De Calano Gymnosophista.

Nota est & Calani ominosa uox: fuit is Gymnosophistaq; unus, diuq; comitatus est Alexandri castra: postremo uiuus statuit incensam pyram ex gentis insituto insilire: cum igitur spectante exercitu in subiectas pyræ stāmas insulturus staret, interpellatus ab Alexandro, rogatusq; an mandaret aliquid, mox paulo inquit te uidebo. impleuit id omen ipsius ducis interitus, qui non multo post secutus est.

DE PRÆSAGIIS. Cap. X.



St præ sagiū prudentia quaedam, & solertia animi futura præsentientis distatq; ab omine, quod prudens ab imprudente: uigilans, ab eo, qui dormit: qui omen facit, nescit se facere, qui uero præ sagit, attentione, & solertia quaedam, quod futurū est, præuidet: & si causa non semper nota est.

Es 4 De Israël.

De Israël.

FRat Israël iam senio confectus, plurium filiorum pater, in tanto tamen natorum grege de Iosippi uita, & incolumitate erat supra modum sollicitus, ut unum illum intueri, unum penes se habere, nec temere procul ablegare, indubitato mentis presagio (ut credere est) fore ut is omnium unus aliquando maximo foret patri desiderio, qui presens patrium explere non posset affectum.

De Saulo rege.

Vicit Saulus non uno praelio Philisteos, uerum suprema illa pugna, quae fuit ipsi regi cum ea gente, fuit & humanorum operum eidem ultimum, praeter solitum ab eo formidata est, tanquam sibi etiam & suis funesta, nec mens futurorum sollicita, passa est illum prius in acie descendere, quam Samuelis umbra exploratum habuisset, imminere regi, & ipsi regiae stirpi excidium, quod sagax mens antea praecipisset: praesens itaque instare fatale tempus, sed fatum declinare noluit, aut certe non potuit.

De Dauide rege.

NEo illud aliud fuit, quam praesagium, fore ut in suorum ducum potestate esset, ut Absalon in pugna seruarietur: quibus ad praelium exeuntibus identidem Dauid rex imperasse dicitur, ut enixe darent opera, ut filius & si hostis, sibi incolumis esset, & extra omne uitae periculum: praesens mens illa fatidica

fatidica filij exitium, sed fatali necessitati obuiam ire non ualuit.

De Magdalenes praesaga unctio.

Habit & Magdalenes unctio praesagij speciem, quae sub ipsum dominicae mortis tempus Nardino unxit unguento Christum regem & magistrum, quo delibutus ille est, non multo post sepulchro conditus: lauit enim uetustas, & unxit defuncta corpora: unguentum & in conuiujs moris fuit: sed diuinam sapientiam non latuit, quid sibi uellet praesaga unctio.

De Ioanne Rom. pontifice.

Ioannes, qui tertius & uicesimus fuit huius nominis Romanus pontifex, Bononia profectus, (ubi studiorum causa diu fuerat) Romam decreto perrebat. Rogatus ab inimicis quo iret, ad parandum inquit mihi pontificatum: adeptus est ille id decus: sed magno fortunae ludibrio adeptum amisit.

De Calisto pontifice.

Magnam sane hoc, sed illud maius, praesagium multo euentioris, in quodam Calisij tertij, qui mea memoria cum adhuc puer essem pontifex fuit, ceterum ab eo nondum pontifice, ut quod ex ipsa constitit inscriptione: conscripto solenne uotum pertulit, quo in ordine adhuc manens, tanquam pontifex deo optimo maximo bellum in Turcos uouit: ego inquit Calistus pontifex nouo, ac uoti carmen ab-

soluit scripto: ceterum damnatus uoti, parauit in Turcū triremes aliquot: estq; eius auspicijs non nihil in eam gentem bellatum.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
ET PRIMVM

De Timone.

ODit humanū genus Timon Atheniensis, nulli hominū mitis, nulli blandus in occurſu, præterquā Alcibiadi puero, hunc unū in publico comiter excipere, caput demulcere, osculari, amplecti, rogatusq; aliquando un de illa comitas in solū diuitaxat Alcibiades dom: quia uideo inquit fore, ut hic adultus sit patria exitio futurus: nec ille sua est coniectura deceptus.

De Themistoclis magistro.

Quid Themistoclis magister nōne et ipse multo prius uidit, qualis esset is futurus, qui a se instituebatur? quippe qui pueri illius in dolē rimatus dixisse fertur, nihil te parū ō puer, sed certe magnū aliquid siue bonū, siue malum auguror futurū.

De Theodoro Gadareo.

Nec minus sagaciter Theodorus Gadareus rhetoricæ præceptor, in Tiberio Nerone puero seuam, lentamq; naturā deprehendit, aptiq; et graphiæ descripsit, obiurgabundus sæpe cum ap pellans lutum sanguine maceratū. Scribonius Mathematicus præclara de eodem infante proponit, regnatus

regnaturū eum affirmās, sed sine regio insigni ignota scilicet adhuc Cesarum potest: te.

De Sylla Dictatore.

Presagium an aliud secutus dictator Sylla, nō facile dixerim, uictus tandem amicorū precibus, qui C. Cesaris adolescentis supplicū deprecæbatur, exclamasse fertur, haberent illum sibi, modo scirent eum, quem tantoper e cuperent incolumem, optimatū partibus quandoq; exitio futurū.

De Octauiio Augusto adolescente.

Suamenti Octauiio uirilē togam, tunica Lati clauis resuta, ab utraq; parte ad eius pedes decidit: non deseruit, qui presagirent futurū aliquādo, ut is ordo cuius illud insigne esset, ei subijceretur,

DE PRVDENTER, ET SALSE
DICTIS. Cap. XI.



Mon pauci (ut a bitvor) sicere, qui fortius, ac longe aliter quā senserint, aut uixerint locuti sunt: sed hi neq; sapientes habendū, neque digni, qui ab alijs audiantur: nihil humanæ aures libentius audiunt ueritate, qui quod sentit loquitur, uerax est: contra uanus, & mendax, qui nullū diuersa ab ijs, quæ sentit animus, effatur: uerum omni tempore reperiuntur, qui hodie quidem pleriq; reperiuntur, qui naturam secuti, quæ ueri amica est, nihil ficti loquitur: quod

quod rectū putant, id probant: nec prudentes unquam mentiuntur: nec ulla sui parte magis homo qualis sit, facilius deprehenditur, quam sermone: ut era timen-
tu, sic hominū ingenia uerborū forma dignoscuntur: quapropter operæpretium sit (arbitror) his subtexere, quæ quisq; hominū obseruati digna sit alie quando locutus, quæ non magis loquentiū autoritas cōmendat, quam extemporalityas. Nam tametsi à sapien-
tibus non nisi sapienter dicta prodeunt, placet tamen & in his extemporalis sapientia.

De Christo rege.

Sciscitati sunt iudæi ab ipsa sapientia, esset ne census reddendus Cæsari ac simul Herodias nos nummos protulerunt: apparebat, si ad ea, quæ rogabatur, rite respondisset, euenire oportere, ut aut impietatis reus fieret, aut maiestatis: tum doctor ille summus, dicite cuius inscriptio est hæc: Cæsaris auunt. Reddite inquit quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ Dei, Deo.

De eodem Christo.

Quid præterea tam uehemens, quam illud ad infringendam insectantiū calumniam, petul-
camq; dicacitatē cæca est inuidia, quæ unum duntaxat nouit opus honesta, & fortia labefactare: at-
ebant iudæi, in Belsabuth eijcit daemonia, tum supre-
ma illa uirtus, si ego in Belsabuth, filij uestri in quo ergo eijciunt.

De Samson.

De Samson.

Samson uir fortissimus ubi insolubile ænigma à se equalibus propositū, sensit procorū um ab uxore proditum, medio conuiuio exclamauit, Nihil fallacius scemina.

De Dauide.

Sunt equidem multa à multis dicta, atq; æque celebrata, quale illud Dauidis: Dixit insipiens in corde suo non est deus, & alia his similia.

De Tathæo Christi discipulo.

Exstat filij huius liber sapientiæ nomine inscri-
ptus, qui in uniuersum queat uitam hominis instruere sapienter dictis: sed recentiora id genus alia magis fortasse placebunt: quale Tathæi illud (fuit is unus ex duodecim discipulis) qui ad Abagaram missus, cum rex, & multi cum eo illius prædicatione ad uerā fidem accessissent, congererentq; illi abeunti multum auri: tum Tathæus horum munera asperratus, si nostra inquit relinquimus, quomodo recte accipere possumus aliena.

De Vigilio Rom. pontifice.

Appellatus Byzantiæ Agapetus Rom. pontifex à Theodora Iustinianu principis uxore de Anthemio antistite restituendo, negauit ille pertinaciter se id daturum: erat Athemius hæreseos damnatus sed quia parum aberat, quin in cogeret, putabam inquit ad Iustinianū uenisse, non ad Dioscletianū:

clavianum: fuit Diocletianus omnium, qui imperio potiti sunt, & hristiani nominis inimicissimus: contra amicus, & fautor Iustinianus.

De Bonifacio Rom. pontifice.

ODit inexptabili odio Columnaenses Bonifacius huius nominis octavus, insectatusq; est ad excidium totam gentem: signaturus itaq; cineritio die Prochetum Genuesem antistite, cuius clarum erat nomen in fæctione, mutato carnine. Memento inquit homo, quia Gebellinus es, & cum Gebellinis in cinerem reuerteris: atq; hæc effatus, oculis, non capiti (ut moris est) cinerem offudit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
ET PRIMVM

De Fabio.

SVadebant amici Fabio maximo, ut quando segnis, & timidus Romæ haberetur, adire smallet pugnae periculum, quam formidinis infamiam subire: tum ille, essem ego inquit vere formidolosus, si lenium hominũ obrectationes uertus, à meorũ consiliorũ ratione discerem.

De Annibale, & Giscone.

Mirari supra modum Gisconum Poenorum illustrium unus Romanã actem ad Cannas in prociectu stantem: nec tam uehemens admiratio carebat metus suspitione, ad quẽ protinus eludendum tempestiue

tempestiue Annibal, at illud ait puio te multo magis miraturũ, quod in tanto hostium numero nemo est, qui Gisconum nunquid mouit ea uox risum astantibus & spem maximã Poenis attulit fiducia ipsius ducis, qui in aperto discrimine ioco non abstineret.

De Barcha Poeno.

Vicit itaq; egregiæ Annibal, nee de Romanis unquã illi maior contigit uictoria, qua cum Poenus dux siigidius uteretur, uir nobilis Barcha, uincere scis inquit Annibal, uictoria uti nescis.

De Fabio maximo, & Annibale.

Reccepit Fabius maximus Tarentum à Poenis nocturna proditione, qua arte fuerat ab hoste captum, urbis igitur alienatione ad Annibalem delata, Tarentum (dixit) amissimus, ea arte, qua cooperamus.

De eodem Fabio.

Sustulit Fabius uictor ex ea urbe omnia fere ornamenta publica, præter deorũ statuas: quod ut faceret ab amicis monitus, quin iratos deos (ait) Tarentinis relinquamus.

De Antiocho rege.

Multatus tota Asia circa Taurũ Antiochus rex Syriæ à Romanis bello uictus, testatus est se magna cura liberatum, quod modicis regni finibus inclusus esset.

De Africana.

De Aphricano.

ANtiuchi uox illa quietē, & otium querentis non est solertis, & magnanimi regis: multo melius Aphricanus maior, qui otium uertebat in negotium: nota uox eius, qui dicere solitus est, nunquā se minus otiosum esse, quā cum otiosus esset, nec minus solum, quā cum solus.

De Catonis ioco.

Mittebantur tres legati in Bithyniam ad Nicamedem regem, laborabatq; horum unus à pedibus, erat alteri caput uarie cōfissum, & cicatricibus deformatū, qui reliquis fuit parum sapere credebatur: estq; in os facte cauillatus Cato, testatur legationē illam populi Romani, neq; caput, neq; pedes, neq; cor habere.

De Diogene, & Dionysio.

Multum diuq; fuit Diogenes Cynicus Corinthi: hic ille Dionysium Syracusanū intulit à Timoleonte Corinthio principatu deiectum, magisq; præsentū uoluptatū, quā pristinæ fortune memorem, uiuus inquit Cynicus ô Dionysi, tanq; multum uitæ indignus.

De Lysandro Lacedæmonio.

Fertur Lysander Lacedæmonius frequens illud in ore habuisse, pueros Astragalis fallere solere, uiros iurciurādo. idem tamen iniuste aliquando fecit amicorū causā: ceterū cum talis esset, tanq; deus

deus quiddā, aras, et sacrificia est in Græcia adeptus.

De Pyrrho rege.

Vicerat Pyrrhus rex ingenti prælio Romanos: cōigitq; uictoria illa regi, nō incruenta parte multo maxima u. Africum copiarum cæsa: aut grauius affecta. tum Pyrrhus cōscius sibi cladis eo prælio acceptæ: perij inquit, si iterum Romanos uicero eiusdem illud est. Siciliam relinquimus ô qualem Carthaginiensibus & Romanis relinquimus palestram.

De Sydonio.

Rogatus Sydonius quidam homo dicax, quid esset quod cum nulli togatorū parceret, à M. Crasso incessendo pertinaciter abstinere: quia Crassus inquit, fert fœnum in cornu: quæ uox in de frequens usurpata est in eos: qui sua sponte nocerent, ut boues: quibus alteri ū cornu fœno religatur: quia uiatores petant.

De Alexandro magno.

Querebatur ab Alexandro magno uellet ne in olympico stadio certaret libens inquit certarem: si reges ibi mecū certaturos scirem: eiusdem est & illud in Callisthenem: odi sapientem: quā nihil sibi sapiat.

De C. Cesare.

Negabat Cesar testatus rogatus se quippiam cōpertū habere de ceremonijs Bonæ Dæ,

quæ à Clodio pollute dicerentur, tum ij qui in eam rem anquirebant: cur ergo uxorem eiecisti: qui respondit: domum meam non solum oportuit crimine carere, sed suspitione etiam criminis.

De M. Bruto.

Victus Brutus in Philippis, quæ ab uno amicorum moneretur, fugiendum esse prius quam hostis adesset, tum ille fugiendum quidem, sed manibus, non pedibus.

De Demade Atheniensi.

Nuntiauit Athenis Asclepiades quidam magni Alexandri interitum, negabatque Demades esse credendum, potuisse dictitans uel uno die totum orbem repleri tanti cadaueris odore.

De Phocione.

Tmultuabantur Athenæ ad eum nuntium, cuius nunc mentio incidit, nec Phocionis monitu castigationeue, qui censebat certiore nuntium expectandum, comprimi poterat gliscens motus, quin multis reclamantibus uerum esse, quod Asclepiades nuntiaisset, tum Phocion si hodie uerum est, erit et cras, perpetuoque deinceps uerum: Idem à Leosthene quodam interpellatus, quid toties imperator Atheniensibus profuisset? hoc inquit, ut ciues mei suis conderentur sepulchris: est et illud eiusdem in eundem Leosthenem, quum magna et elata quædam super bello decernendo loqueretur, tum

inquit

inquit Phocion ô Leosthenes uerba cupresso similia sunt magna, sed sine si uctu.

Plurimum Salse, et Prudenter Dicta.

Pitheas unus ex Atticis oratoribus Demosthenis diligentiam significaturus eius enthymemata dixit lucernas olere. M. Cicero Platonis dialogos ita scriptos affirmarat, ut Iupiter non aliter fuerit locuturus, si loqui uoluisset, iam et illud unius sapientium ad Cambysem regem non obscurum, quum rex ab eo quæsiuisset, an sororem legitime posset sibi matrimonio iungere? Tum ille nulla lex inquit rex hoc permisit unquam, sed alia maior lex est, licere Regi facere quicquid libeat.

Noni exemplorum libri finis.

Gg 2 MARCI

MARCI
ANTONII COCCII SA
BELLICI EXEMPLO-
RVM LIBER X.

DE INANI GLORIA VITAN
 DA. Caput I.



NON nobis dixit propheta sum-
 mus: sed nomini tuo da gloriam:
 quū celi numen alloqueretur: cla-
 mat fatidicus ille vates: testatur:
 admonet dementis & stulti esse: tri-
 buere homini, quod proprium sit numinis: ad quod
 bona cūcta sunt referenda: omnes humane uitæ suc-
 cessus inde sunt, inde & quicquid in tetrīs boni no-
 men habent, uelut ex uerbissimo manat fonte.

De Mose, & Aarone.

ID usque ad eō persuasum habuere Moses &
 Aaron, ut in Arabiā cum incolūmi populo per
 Rubrum mare transgressi confestim deo seruatori
 laudes decantarint.

De Iesu Nazareno.

CHristus summa uirtus curabat cecos, muna-
 dabat leprosos, surdis audītum restituebat,
 mortuos suscitabat, tantumq; aberat, ut inde sibi glo-
 riam

riam aucuparetur: & illud serē præciperet ijs, qui
 curarentur, ut deo laudem darent.

De Petro Bariona, & Apostolis.

Hanc Petrus Bariona, & ceteri apostoli in
 doctore summo modestiam imitati, tantum ab
 omni inani laude abfuerunt, ut occulte magis quā
 in aperto miracula operarentur, & in Christi Na-
 zareni nomine, nihil obscurè testati, nō sua sed diuina
 uirtute fieri quæcūq; miraculose operarentur.

De Ioanne Zebedei filio.

Fuit & Ioannes Zebedei filius huius uani affe-
 ctus longe expertus, id cum omnis eius uita fa-
 ctile demonstrat, tum quod bis septenos annos de suo
 in cælū raptu pertinaciter mortales celauit omnes,
 nec prius id arcanū retexit, quā Corinthios com-
 monescere coactus est, ne sibi non ueros apostolos
 præferrent praua opinione decepti.

De Ioanne monacho.

Mittebat salutare oleum circa domos Ioan-
 nes monachus Aegyptius, ne qui curatio-
 nis causa ad se uehebantur, citro ultrog; præter ue-
 hentes à pluribus obseruarentur.

De Antonio abbate.

AT ne oleum quidem misit Antonius abbas,
 quin Martiano præfecto militū opem filia,
 quæ à demone uexabatur, implorante, negauit à se,
 quia malus esset, oportere auxilium sperari, iret &

salutem puellæ à Christo, qui Deus esset, precaretur: precatus ille est, & confestim puella immundo spiritu est soluta, magna Antonij demissio, sed præfecti militum fides maior, curatio presentissima.

De Gregorio pontifice.

Laudabatur à quodam impensius Gregorius Rom. pontifex uisusq; est sibi ea laudatione non ornari: sed grauer onerari: precare inquit hospes deum: ut siam aliquando ijs dignus, quæ mihi tribuis, ac tu non indignus, ut opinio ista improbari non possit.

De Francisco Asiatico.

Operæpretiū est audire quid Franciscus Asiaticus cōmentus sit aduersus gliscentem sanctitatis suæ famam: quæ cum in horas maior cresceret, nequa inde uoluptas subiret animū, negotium dedit dicacissimo cuidam, ut uitam: & mores suos omni uerborū petulantia incesset: urgere ille immaniter uolentem, rusticū uocans indoctū, stigmatizantem: probare id conuiciū Franciscus, ac testari multo uerius de se illa dici, quàm laudes ab ullo prædicari.

De Deipara uirgine.

Sed Deiparæ uirginis demissa confessio omnino in hoc genere post se longe reliquit exemplū, quæ ab cœlesti nuntio salutata, præclarumq; ineffabile mysteriū edocta, non se domini matrem, nõ filiam, non sponsam dixit, sed ancillam: ceterū quo se

se abiectius depressit, eo sublimius in cœlum euecta. De Gallicana foemina.

Fuit recentioris memoriæ foemina Gallicæ generis obscuris orta natalibus sanctitate nobilitas, pertesa hæc frequentem ad se mortaliū conuersationem, ob receptam de se opinionē in solitudinē longius abiit, trium dierum itinere, ut locorū intercapedine desineret frequentari.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
ET PRIMVM

De Diogine Cynico.

In nulla humanæ uitæ parte pauciora reperire est ethnicorū exēpla, quàm in hac, quæ ad gloriæ cōtemptū pertinet: quippe qui Chium Aristonem secuti, ad studium laudis omnia potius, quàm pietatis retulerunt: fuerunt tamen in his nonnulli qui uirtute contenti, famam, & laudem omnem contempserunt: enimuero Diogenes ille Sinopeus nunquam se tantum abiiecit, ut pueris contemptui esset, si ex uana uulgi opinione, & multitudinis plausu pepen disset, maluit ille esse uir bonus, quàm prædicari, magis naturæ emulus, quàm gloriæ cupidus: estq; propterea post mortē affectus quod uiuus repudiavit.

De Heraclæto, & Timone Atheniensibus.

Hoc scilicet nec alio affectu, Heraclætus Ephesus, & Timon Atheniensis tam diuersi abiecti ab hominū opinione, ut hic omnium comertū

Gg 4 fugeret,

fugeret, ille uellet à nullo sua scripta intelligi.

De Fabio Maximo.

Fabius Maximus ne cunctatoris quidem nos
men repudiavit, modo cunctatio illa patriae
profutura esset, nec praetulit ille rumores hominū
publicae utilitati, maluit dux utilius esse quam uana
& stulta praedicatione nobilitari.

De Cincinnato.

Extant ciuilitatis, & modestiae exempla ad
huc corū, qui Fabij aetatem praecessere: Nam
quid Cincinnato ciuilius? qui deposita d. ctatura con-
fessim ad aratrum, unde fuerat accitus recurrit.

De Curio Dentato, & Catone maiore.

Aut quis hominū minus ostentator, quam Cu-
rius? qui consul & imperator, hostium le-
gatis spectantibus, in sicilibus rapa esitauit. uel quis
Catone, qui postea Censorius est dictus, magis popu-
laris? qui Sardiniam praetor sortitus, sine rheda cir-
cuiuit ciuitates uno duntaxat comite, qui uestem se-
rebat, & Turribulum.

De Timoleone Corinthio.

Timoleon Corinthius tantum absuit ab huius
modi uitio, ut euerfo Dionysij principatu, &
libertate Syracusanis parta, è medio sua sponte ces-
serit, maluitq; priuatus, & in praedictorū secessu so-
lus uagari, quam officiorū frequentia septus in urbe
conspici.

De Phocione.

De Phocione.

Fuit & in Phocione exemplū id genus unum
in raris habendū, cuius uirtutem mirati ij qui
aurum ab Alexandro illi dono tulerant (nam ille re-
gium aurum pertinaciter recusauerat) ubi eius do-
num subierunt, uxorem panem pinsentem inuuiti
ipsūq; aquā sibi haurientē, qua pedes lauarentur,
multo efficacius poscere occiperunt, ut aurum acci-
peret, cuius esset, ut facile ex ijs quae fiebant, poterat
intelligi ualde indigens, negare Phocion id esse, ac si-
mul senem quendam medicum atq; eundem paupe-
rem inuitus, utrum inquit meliorem arbitramini me
an quem praeter euntem uidetis? praecantibus illis
ut meliora loqueretur: at ille inquit multo pauciori-
bus cōtentus agit, quam Phocion, in diem enim sibi
querit unde uiuat.

DE TEMPERARIO IVDI-
CIO. Caput II.



Docuit ueritas, & prima sapiētia, quod
euangelica monstrat historia, iudican-
dos esse, qui temere iudicant, & quū
ita sit (nam ueritas falli nō potest) nul-
lum tam est uitium in hac uita, qua uiuitur frequen-
tius. Lippiunt saepe oculi, obscur descunt aures, fit he-
betior uisus, fit et gustus, opinatur nihilofecius mens,
& iudicat ad sensum, imaginatur etiā, oriturq; hinc

Gg 5 quog

quoq; iudicãdi materia, quo fit ut in nulla uitæ parte densior existat humanæ mentis caligo, nullibi maior ignorantiã.

De Heli sacerdote.

Intuitus Helis sacerdos Annam Helcanæ uehemētius in Sylo supplicātem quousq; tandem ages ebria dixit: quid despiciatius? at illa non uno, sed diuino flagrabat ardore, estq; iustissima mulier è cælo audita, & ex sterili fœcunda facta.

D Ammonitarũ Rege.

Misit Dauid rex legatos ad Ammonitarũ regem: qui suo nomine dolerent obitum patris nuper defuncti, credidit ille non ad officium eos ad se missos, sed ut circa se omnia explorarent, atq; ita persuasus, barbã iam qui misi fuerant, contra ius gentium abrasit, & ad nates usq; recidit uelites, temeritas ingens, & quæ non impune illi cessit: enimuero legatis barbã adem̃t, sibi uero regnũ.

De Symone Christi hospite.

Temere nimis & stulte de Christo Theanthropo iudicauit Symon, qui eum hospitio exceperat, ne prophetã quidem opinatus, quia mulierem uulgò infamem à se non repulisset, sed tangi etiã se ab ea pateretur: at felix ille error, qui discussis ignorantie tenebris, continuo est factus lucis particeps.

De falso

De Falso Iudæorũ Iudicio.

Eicit aiebant Iudæi diuinitatis opera Christo inuidentes, in Belsabuth dæmonia: ceterum uix tam temere calumnia illa iniecta est, quã mœriter discussa, tẽpestiuo ueritatis occurso, si ego inquit in Belsabuth, uestri ergo filij quo nomine eijciunt?

De Vitale Monacho.

Cecidit quidam Alexandria Vitalem monachum prostibulo exeuntem, ratus libidinis gratia locum adijisse: ceterum ille pietatis officium secutus, cõ uenerat, ut inde mulierẽ eximeret, quæ se turpi quæstui ad dixerat: inuenit itaq; temeritas uulionem, percussorq; uexari illi. o captus est à dæmonibus, ut quorum impulsu dextera peccauerat, mens eorundem in cursu torqueretur.

De Daniele Abbate.

Ecœlo impetrarat Daniel Aegyptius Abbas fœcunditatẽ matronæ haud ignobili: ceterum quia frequens in ea domo obseruabatur, uicini abbatis congressu mulierem grauidam esse factam arbitrari: percrebruit is rumor, quo plus nimio commotus Daniel puerũ nuper editum iussit in publicũ deportari: multisq; mortalibus ad id spectaculũ uocatis, alijs sua sponte affluentibus, infantẽ per dcum adiurat, ut dicat quo esset patre genitus: hic miraculo factum, ut puer liquido testatus sit se legitimo toro, non adulterino natum.

De Britio

De Britio Turonensi.

Pari infamia perſuſus Britius Turonenſis antiſtes primo pueri nondum menſtrui uſus eſt teſtimonio, qui Chriſti nomine rogatus, negauit Britium eſſe patrem: aſcribere prodigioſum affarum æmulæ magicæ arti: ardentem prunam pius antiſtes in ſinum collectam per populum impune circũtulit: neq; id miraculum obſtitit, quo manus dignitate priuaretur. Cæterũ duo qui in eius locũ ſubrogati ſunt, unus poſt alium ſæto conſumpti ſunt: odiumq; quo ab initio ſiſograuit, in gratiam uertitur: uix igitur tam aduerſa inuidia fuerat honore depulſus, quanta eſt innocentie, & ſanctitatis opinione reſtitutus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
ET PRIMVM
De Palamede.

Habent & cæteræ gentes ſua temeritatis exempla, in quibus ut uetuiſſimũ, ita maxime memorabile eſt illud Palamedis, q̄ ad Troiam temerario Græcorũ iudicio damnatus periit Ithaceniſis Vlyxiſis fraude.

De Herdonio Aricino.

Nec arte multũ diuerſa Tarquinius, qui ultimus fuit Romanorũ regum, Herdoniũ Aricinum temerario, & inconſulto Latinoꝝ iudicio perdendum obicit.

De Valerio

De Valerio Publicola.

Age nunc, & quàm inconſulte, ne ſtolide dicam populus Rom. M. Valeriũ in aſſectate tyrannidis infamiam coniecit: quia in ſumma Velia aſſectaret: tanquã fieri potuiſſet, ut is, qui tam acerbus regũ hoſtis, aſſertorq; libertatis extiſſet, tyrannidem aſſectaret: ſed domo, quæ illi inuidia fuit, ſolo æquata, adeo ciuitatis animus eſt mutatus, ut quem nuper, ut tyrannũ auerſabatur, Publicolã dixerit.

De Gabinis.

Gabinorũ autem iudiciũ non ſolum ſtultum, ſed ſibiſpſis etiam funeſtũ & pernicioſum, qui ſextum Tarquinium temere credendo ex hoſte hoſpitem ficere, ex hoſpite auerſum, per quem non multo poſt non tantum bello uicti ſunt, ſed libertate etiam, & fortunis omnibus exuti.

De Rom. ciuitate.

Quantũ Romana ciuitas in Fabio maximo ob lucinata eſt, tantum nec minus in Minutio: in hoc temeritatẽ pro fortitudine complexa, in illo prudentiam pro timiditate grauter auerſata: una tamen hora docuit multitudinis eſſe proprium nihil ſapere, temereq; iudicare, ut ubi conſilio opus eſt, euentum requirat.

De Sylla Dictatore.

Torſit L. Syllam tametiſi dictatorem falſus de Gn. Pompeio rumor, torſit & multitudinis opinio,

opinio, quæ temere rumori accessit, Pompeium in Africa à Sylla cum exercitu defecisse: pacatus te-
men ducis ad urbem reditus uanum populi iudicium
arguit, & dictatoris animi metu liberauit.

De Vespasiano.

EAdem suspicionis uanitas diu sollicitum, & anx-
xium habuit Vespasianum principem, sed huius
iusmodi iudicium eo lenius, quo mirus Vespasianum
timendum fuit à filio, quam Sylla ab alieno adolescen-
te, creditus est T. Vespasiani filius, quia Hierosoly-
mis euersis, non illico Romam uenisset de regno medi-
tari: credidit id pater, crediderunt & multi: cetero-
rum Titus omnium opinione celerius, ad eiusmodi
falsos de se rumores coarguendos sese patri ex im-
proviso obtulit. Veni inquit pater ueni, per quæ sus-
pinitio discussa est, principis: & ciuitati uana opinio
merito exprobrata.

De duabus Vestalibus.

SEd in nullis hominum magis, quam in duabus
Vestalibus temeraria hæc iudicandi ratio elu-
sa est. Claudia, & Tutia parum sancte suam tueri
uirginitatem uulgo credite: uerum ubi hæc nauis
uado remota est, cinguloque aduerso Tyberi pertra-
xit, illa aquam hausit cribro, concidit fama mendax:
& quam stulte multi iudicauerunt tam dolenter, &
afflictam suæ temeritatis poenitentiam egere.

DE CON-

DE CONSTANTIA, ET FIDUCIA,
ADVERSUS DAEMONVM
PRAESTIGIAS. Cap. III.

Mnium animalium homo præcipuo pa-
uore confunditur: & quo plurimum est
imaginum capax, eo timidior, pluribusque
terroribus obnoxius: usque adeo pro-
uus ad nouas species effingendas, ut quæ in medio
philosophorum quidam pro incertis relinquunt, aut
reiciunt pro uanis, quia incorporea sint, humani
oculi putent secernere: uerum omnis de laruis, &
demonibus tam uulgata, quam uera opinio, si quis
ueritatem attendat non Leucippi, & Epicuri delirium,
qui omnia ad sensum referunt.

De Iob uiro iustissimo.

SEd quis tantum à uero deflexit unquam, ut quæ in
Iob uiro iustissimo euenerent non dei optimi ma-
ximi permisso, malique Genij ipsius senis astu facta ar-
bitretur: ut is ad uirtutem exercitator fieret homo
alioquin optimus? nulla est erumna tam atrox, &
acerba in humanis, quæ non hominem attigerit pium,
iustum, & innocentem: magna, & seua hæc: sed pium
senis propositum adhuc potentius exercitatus est ille, ut
unus aliquis hominum maxime, uerum nunquam uictus.

De Christo.

Magna aduersus eum, cuius nunc memini ex-
tremi cacodæmonis intemperies: sed maior
omnino,

omnino, quæ attingere ausa est unigenitū dei filium, qui tametsi deus esset, erat tamen & homo: hunc auaritia, hunc gula, superbiaq; uitio polluere conatus est, sed fraus illa eo uanior, quo Christi qui tantus erat, maior fuit uirtus, maior sapientia.

De Benedicto abbate.

Sensu Benedictus abbas monachorū quendam de monasterio relinquendo consiliū agitare, habuitq; pro magno negotio illuc occurrere, conspiciatusq; est hominem extrahi a puero Aethiopici coloris, dum ceteri sacris operaretur: increpuit eum abbas, ac simul affecutus percussit uirga, nec qui traheretur, fuit inde eiusmodi casibus obnoxius.

De Antonio abbate.

Petebat decreto eremū Antonius Alexandrianus abbas, estq; obiter a demonibus ad uicem propemodum cecidit, deflexit itaq; in proximū uicū, fuitq; hic tantisper dum curaretur, inde repetitū uicere procul ire pergit, uel grauiora etiam passurus modo propositū teneret, profuit illi constantia, profuit & fiducia, cum uero diuina ope adiutus eremū tenuit, uixitq; in solitudine tutus ab eiusmodi demonum prestigijs.

De Macario abbate.

Fuit & Macarius Alexandriæ abbas, accidit huic, quod & paucis hominū, subierat sorte ethnicū sepulchrū submoto cippo nocte deprehensus,

sus, ut in eo caperet somnum: hic ille uocem se audire imaginatus est, ex ijs ossibus redditam quibus dormiens hærebat, uenirem si possem, sed premor pondere super me cubantis: tum ille exi inquit, & abi si potes: ego hic uel te nolente, pernoctabo,

De Hilarione abbate.

Sed nullus (quod sciam) audacior fuit Hilarione ne fortiusq; contempsit a demonū fraudes: quippe qui in solitudine sepe infantium uoces in tempeste nocte audire se existimauit, nunc balatus ouium, mugitus bouum, planctus mulierum, leonum rugitus, strepitus armorum, uariarumq; portentosa uocum. Ceterū ausus aliquando totum phasma explorare, domine crucis signo instructus ad lumen lunæ tugurio egreditur: sollicitq; circumspiciens, ecce currum directis in se equis euntem conspicatus est, hic Christi Nazarenī nomine aduocato, in uestigio mansit, expectans rei euentum: tum uero terrificā illa bigarum species, subito terræ hiatus in conspectu absorpta est.

De eodem Hilarione.

Qui a fundendis precibus, cum paululū quieuisset Hilarion, malus demon feriant in insidiatus, repente eius dorso insiluit calcibus latera quatens, ceruicem flagro: cia inquit dormitas? max ex chunno desuper increpitans, uis inquit iam fessus hordeum? in ijs scilicet caullatus, quod aliquando Hilarion suo iratus corpori dixisse fertur, ego & sine nō

H. h. h. d. c. o.

hordeo pascam, sed palea faximq; ne calcitres.

De Elphego Cantaurensi Antistite.

EDuctus carcere Elphegus Cantaurensis, ratus se coelestem nuntium ducem habere, non nihil uia à carcere euaserat, cum reputans animo cuiusnam esset martirium effugere: precatus est suppliciter deum consilium demon euauit.

De Sarra.

Sarra in Thebaidis monasterio sacerdos maxima, libidinis stimulo exagitata iamiam succibus ra, suppliciter deum precata est. uox simul ex proximo reddita, uicisti me Sarra: tum illa non ego inquit, sed Iesus, qui uocatus est, assuit.

De Theodora.

Est & Theodoræ Alexandrinæ malus demon insidiatus, sub Theodori nomine, qui diligens erat pietatis cultor: exprobrauitq; illi adulterium, cuius mulier erat sibi conscia, præcedereq; interim omnem spem illi ueniae, calumnie aucti: signauit se Theodora dominice cruas signo, continuoq; calumnie auctore è medio est ablatus.

De Iuliana uirgine.

Obtulit se Belial demon Iulianæ uirginis in carcerem post seua uerba deiecit e. in dueratio; celestis nantij faciem, ut commo dius falleret: hortatur puellam Christi nomine, ut Ethnicis dijs sacrificet. fore ut iropereca omni crua adu, d fanger:

cur:

tur: inhorruit uirgo, suspicataq; fraudem esse, deum supplex precatur, ut quale illud esset oraculum sibi liquidius pateret: uinxit illa demonem permissu nuncius scuisq; uerberibus affecit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

HAbent & prophanae gentes quod in hac relatione iure locare possis: non tam pietate, quam animi constantia freti periculisq; phantasmata auribus, & oculis obuersata fortiter tulerunt: qui dà obnoxie nimis, nec sine magno motu mentis, animiq; consternatione in eiusmodi terrores inciderunt.

De Dione Syracusano.

VT Dion Syracusanus, qui paucis diebus, quibus interfectus est, cum interiore parte domus sederet, curvis intentis, prægrandem inuitus est foeminam, domum scopis uerrentem, dira facie: & furiali habitu: terruit tam, cæda species uirum alio qui inuicti animo: estq; reputatione tam foedi aspectus adeo consternatus, ut amicos rogauerit ne à se nocte illa discederent, ueritus ne iterum id phantasma solus intueretur.

De M. Bruto.

Nec minus terrificum obtulit se se M. Bruto uidentium malus eius Genius: sub id iēpus quo ille erat ex Asia in Octauium, & Antonium mo-

lib e tuus,

turus, cum curarum plenus ad modicum lumen lucernæ lucubraret, sensit ad se quendam ingredientem: extulit oculos ille, ut si quis suorum esset, agnosceret ad quid ueniret: tum ei uisa est terribilis, et monstrosa effigies, fæti corporis cum silentio astare. hic Brutus multo audacior quàm Dion interrogare ausus, quis hominum, aut deorum esset, & quid sibi uellet: tum ille submurmurans, sum inquit tuus malus Genus Brute: in Philippis me uidebis: uidebo respondit homo uere Romanus, atq; ubi umbra illa euasit suos scisatus est Brutus, an quisquã obseruatus esset ad se ueniens: comperitq; neq; aduentem quenquã ab ullo usum, neq; egredientem: quæ res auxit ægrè alioqui animi sollicitudinem, ut talis timeretur bellii exitus, qualis est postea secutus.

De Cornelio Sylla.

Cornelius Sylla non multo prius quàm uita decessit, imaginatus est se quendam uidere, ab eoque uocari: qua imagine auguratus, instare sibi fatale tempus, testamentum confectum conscripsit, ac sequenti nocte febrî correptus, breui uita defunctus est.

De Casio Parmensi.

Pari phantasmate percussus est et Casius Parmensis, ac nescio an aliquanto etiam atrocior: sub id tempus quo Augusti iussu interfectus est, foeda, diraq; dæmonis species illi per noctem obseruata est, quo uisu satis admoneri credidit infelicitati suæ exitus

suæ exitus uitæ, qui breui postsecutus est.

De Philosopho quodam.

Nullus (quod sciam) constantius tulit terribia lamenta hæc, quàm Philosophus quidam Athenis, qui solus pernoctare ausus est in ea domo, cuius erat cultus desertus: quoniam huiusmodi esset laruarum ambagibus obnoxia, sensit ille altam nocte strepitum athenarum, ac fœdam tetramq; imaginẽ ad se uenientem, nihil expauit: quin nutu admonitus abeuntem intrepide secutus est, quoad in atrium domus sit uentum: hic uisa est umbra euasere, postridieq; ibi loca cadauer est repositum, legitimeq; sepultum: per quæ perpetua securitas est ipsis ædibus parata.

De Cicronis Nutricæ.

Phantasma, quod Maræ Tullij nutrici obligit, quali fuerit aspectu non traditur: satis constat mulierculam ab eo didicisse reipublicæ a se peruerum nutriri seruauit Cicero rem publicam uolens, imprudens perijt.

Hb 3 DE FRAVÆ

EXEMPL. SABELLICI
DE FRAUDE ET PRAVIS CON-
SILIIS, QVAE IN AVTHO-
RVM CAPITA RE-
DVNDARVNT
Caput. I. III.



Sapienter & uere uidetur Hesiodus di-
xisse, Malum consilium rem pessimam
esse consulenti: siue enim casu fuerit, si-
ue potius numinis permissu, sepe (quod
satis constat) experientia docuit, mala consilia in au-
thoris perniciem uertisse, & unde si aus profectu
est, illuc sit cum damno reuersa.

De Protoplasto, & Caco dā mone

Vlāt malus demon hominem in ligno, est &
ipse in ligno ab homine uictus. Ceterum pri-
or uictoria fraudis fuit, quae longo est intervallo sceta-
ta, uirtutis, & sapientiae.

De Amane.

ERat Amanis autoritas apud Artaxerxen non
parui ponderis: per puli is regem, ut uno die
iussit omnes Hebraei nominis suo regno interfici:
ipse ingentem crucem Mardocheo Iudaea sanguine
fabrefcit: erat is non ignotus regi ob Hestrem fra-
tris filiam in pellicatum ab eo receptam: imminabat
mansuetum Iudaeis exitium cum pauasimarum horu-
rum spatio, rex Hesteres precibus mutatus, non solum
eductum reuocauit, sed Amanē cōsiliij autōrē cruci affi-
xit,

xit, quā m ille Mardocheo nominatim parauerat.
De Daniele, & Leonibus.

PEpercerunt leones Daneli in caueā deiecto,
eos scēde lanarūt, per quos erat puer inno-
cens bestiis expositus.

De Susanna accusatoribus.

PAri exemplo uindicta est à callūnia Susanna
pudicitia: senes qui capitale noxā infonti as-
struxerat, sui sceleris conuicti, in se capitale suppliti-
um uertere,

De Rosimunda.

NUpsit Rosimunda, que fuit Alboini Lan-
gobardorum regis uxor, post uiri cādem
cuius ipsa fuit conscia Helmechildi uiuicui eius gene-
tino nobilissimo, conataq; est illi regnum astruere: cē-
trum sua spe decepta ex Verona Rauennam secun-
do Athesi aufugit cum regia gaza, & nouo sponso:
hic illa à Longini Exarchi connubio pellecta, uene-
uenenum priori sponso miscuit, obtulitq; ex balneis
egresso: sensit ille confectum receptam pestem toto po-
culo nondum epoto: placidēq; in coniugem conuer-
su: tu inquit quod reliquum est bibe: negat illa se po-
tu egerē, ac quo acrius recusare, eo iuuenis impen-
sus id poscere, & iam minus hortatibus miscere, ac
ferrum intentare: tum illa metu subacta, & si ueneni
conscia, hausit tamen, atq; unā cum eo extincta est.

Hb 4 De Ro-

De Romilda.

Simili leuitate, sed euentu fœdiorè, Romilda, quæ fuit sisulphi Forouulensium ducis, periclitata est: prodidit hæc Iulium oppidum cum liberis, & fortunis omnibus, Canano Bauarum regi, quem semel intuita peratè amare cœperat, polliatus erat ubi in urbem reciperetur, Bauarus ille nuptias. Cæterum ne fidem prodere uideretur, noctem unam habuit Romildam pro legitima coniunge: inde robustissimis militibus assiduo congressu uexandamq; & male affectam palo affixit.

De Campilo, & Paschale Primærio.

Sedit Carolus Gallorum rex in Barionæ Basilicæ Leonis Tertij causam cogniturus, quæ Campilus, & Paschalis Primærius pulsatum in uincula conicærant: congerere duo illi multa in pontificiam erimina ad leuandam sui sceleris inuidiâ: placuit, populum qui arcumfusus stabat rogare, quid de pontificis statuendum censeret? reclamatum est non esse priuati cuiusquam de eo, qui sacram teneret sedem, iudicare, traditumq; morè à maioribus, ut pontifex à nullo præterquam à seipso iudicaretur: qua uoce rex sui officij admonitus causam ampliauit, ac mox paulo damnauit capite accusatores: sed pontificis rogatu capitalis illis remissa est poena, amboq; in Galiliam relegati.

D^c

De Ioanne septimo.

Ilufit Ioan. septimus apostolicæ sedi uerius, & clerico: qui cum mulier natura esset, sexum mētita, pontificiam dignitatem inuasit, sed fœdus ille lusus, & si aus omnis in eum conuersa est: etenim domestici hominis familiarissimq; concubitu prægnas facta, cum forte Lateranensem Basilicam inuiseret, inter Amphitheatrum, & Clemētis ædem doloribus subito abortis repente partu soluta est, mediog; nixu extincta tenuit mos, & hodie durat, ut Pontifices ibi loci uiam desectant, tam fœde rei admonitur.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
ET PRIMVM

De Diomedè.

Apponebat suos equabus hospites lantanos Diomedes rex Thraciæ, est & ipse ab Hercule (si uera sunt, quæ Tragicis scribunt) illis lanaiui datus, & supplicium, quod in alios fuerat commentus, multo iustus ipse est demum expertus.

De Perillo Atheniensi.

Iam me Hercule nec minus merito Perillus Atheniensis suo periclitatus est inuento, qui execrabilem illam machinam ex ære fabrefecit, ut tyranni aures delectaret humano cruciatu, sed tantæ diritatis ultio breui secuta est, primus omnium ipse

Hb 5 Tauro

Tauro inclusus, tam detestabile opus sui inuit
supplio.

De Camillo.

Oppugnabat Furius Camillus Phaliscos, tra
hebaturq; bellum, cum oppidanorum uirtu
tute, tum loci natura, quæ erat munitissima: interea
ludimagister per speciem deambulationis traxit prin
cipum filios in Romana castra ipsi duci gratifica
turus: attulit secum proditor certam spem uictori
æ: nulli dubium erat quin parentes charitate filio
rum suis autores essent cuius deditiois faciun
dæ, sed tantum absuit, ut Romanus eo modo uince
re uoluerit, ut proditorem uersatus, qui id persuasum
habuisset Romanos dolo, & astu potiusquã uir
tute bellare, uinctum, nudatumq; terga adolescenti
bus dederit in urbem uerberibus agendum: monuit
Romani ducis uirtus Phaliscos, & qui nuper om
nia pati maluissent, quam assidentibus cedere,
uoluntaria deditio cessere.

De Appio decemuiro.

Solebat Appius Claudius Decemuir carceris
qui unus in urbe fuit, Romanæ plebis domici
lium uocare, sed ipse in ordinem redactus, Tribu
niq; plebis iussu in eum locum coniectus, inter fida
rios, & latrones infeliceiter expirauit.

De Tarento à Rom. Recepto.

Potiti fuerant Pœni in Italia belligerantes
Tarento

Tarento urbe non ui bellica, sed proditione, estq;
à Romanis id oppidum pari opera receptum: unde
uox illa Annibalis, eadem arte qua cœpimus, Ta
rentum amisimus.

De Antonino Triumuiro.

Adiciatur nunc factum exemplum Anto
nij Triumui, & Cleopatræ: solebat is Ale
xandris illecebris captus cum regina sepius pisca
ri, habebatq; urinatores paratos, qui occulte pisces
uicissim ipsius piscantis hamo affigerent: admonuit
frequens captura reginam uanæ ostentationis, quã
ut maior e quodam ritu cluderet, premisit, qui fumo
sum piscem piscanti appenderet, qui attractus in
gentem ridendi materiam præbuit Cleopatræ, &
legatis, qui aderant: erubuit Antonius suis elusus
artibus: ad quem Cleopatra, Alexandrinorum est
(inquit) Antoni imperator fortissime piscari, tuum
bellando uincere.

DE IMPROVISIS CLA
DIBVS Caput V.



Quo minus gnara est mens hominis su
turorum, eo in subditis, & inopi
nis casibus grauius afficitur, preferen
tim si quæ præter opinionem eueni
unt, infelicia, & calamito a fuerint, hinc ex subita
consternatione festinatæ mortes: & uita sepius
Liquo

laqueo, ferro, ueneno uolenter abrupta, ut in nulla re mens minus sibi constet quam in subitis casibus, & clade aliqua inopinata, quæ quo maior est, eo minus tolerabilis æstimatione, & eorum præsertim, qui damno afficiuntur.

De Helio sacerdote.

Talis & tam impotens affectus Helium sacerdotem præcipitauit, qui cladis teterrimæ Philistæo bello acceptæ nuntio consternatus, audita triginta millium Iudeorum, & duorum, qui in eadem acie steterant filiorum cæde, è solio præcepit datam mortem obire, quod sit tantus dolor præuideri potuisset, fuisse illi haud dubie talis nuntius luctuosus, sed toleratu facilior.

De Pharaone, & eius exercitus.

Nec res minus subita fuit, sed magis calamitosa, quod momento temporis immensus Pharaonis exercitus cum ipso rege inter Troglodyticam, & Arabiam medijs est fluctibus miraculose oblitus: enim uero dum tanta uis hominum alienum querit exitium, sibi peperit ducenta peditum milia & equitum quinquaginta tum regi affuisse sacris est litteris proditum.

De Altera Aegyptiorum clade.

Quid quod eiusdem gentis primogeniti omnes nocte una percussi sunt superne: grauis quædam iactura, nec magis grauis quam subita:

bita: cuius causam si Pharaonis animum alius indagaasset, nunquam tam dirum sibi & suis peperisset exitium.

De Senacheribe Assyriæ rege.

Exorsit Senacherib Assyriorum rex ingens auri, & argenti pondus tributum nomine Ezechiae Iudeorum regi iureiurando interposito fore, ut auro apprehenso cõsistim Hierosolyma obsidione solueret, sed impius rex eum sibi nõ hosti iuratus esset, ex sua sententia religionem interpretatus, ipse cum parte una copiarum digressus in alias porro gentes conuertit bellum, parte tamen exercitus multo maxima ad obsidionem relicta, tanquam multum referret per se, an per alium suis armis hostis præmeretur, estq; scelus id expiatum memorabili Assyriorum cæde, centum octoginta quinq; millibus hominum nocte una pestilentia consumptis.

De Vallia Gothorum rege.

Transmittebat Vallia Gothorum rex exercitum ingentem ex Betica in Aphricam terram ipsam bello inuisurus, eratq; numerosa classis ad id comparata, quæ Gaditano freto subito tempestate disiecta fluctibusq; obruta, tantam uim hominum secum absumpsit, ut siculi naufragij, quod in primi belli Punici tempora incidit, memoriam renouarit.

De Constantino imperatore.

Constantinus unus ex Constantine magni successoribus

cessoribus, qui Byzantij imperavit, duo nulla nauū uno naufragio amisit, dignus qui ante imperium ui tam amisisset, ob animi impietatem, quā in Leone patre est præter cætera imitatus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
ET PRIMVM

De Cambysis exercitu.

Experte sunt & cæteræ gentes huiusmodi casus: nam non magis subita fuit quā grauis, & calamitosa iactura illa, cū quinquaginta millia militum à Cambyse rege in Hammonios missa, ubi medijs arenis præfuri ac cubuissent, orta tempestate, arenarum cumulis obruti momento temporis perierunt.

De Clade alia eiusdem gentis.

Incidit alia maior eiusdem gentis clades nō uulgariis, sed in recentiora tēpora, cum Mar donij ductu bellum Græciæ Xerxes inuulit, ccc. nauibus circa Athon montem submersis, & in his. xx. millibus subita tempestate obrutis.

De Siculo naufragio.

Nyllius casus cladis in memoria atrocior, ac p inde minus debilis, quā Siculinaufragij, quod in decimū annū incidit primi belli Punicj, M. Aemilio, & Fulvio nobiliore Coss. qui inter Canis, & Orionis signa importuosam Siciliæ oram legentes,

tes subita tempestate ccc. octoginta quatuor naues amittere: iacuit litus instratum cadaueribus & naufragijs, ut nulla hominum memoria maior credatur iactatura in mari accepta.

De Clade Amphitheatrali.

Minor clades, sed non minus subita Latialis illa Fidenis accepta Tiberio principe, & gladiatorio munere uicena, & amplius nullia hominum Amphitheatri ruina periere.

De Tartarorum clade.

Aitonus Armenius auctor est Barcham Tartarum genere eius Barchi filium, qui in Austria traiectu fluminis perijt, cum Haalone eiusdem gentis rege, & consanguineo suo de summa rei honestiter congressum in alueo fluminis glacie concreto (suspiciari libet id Histum fuisse) medio pugne ardore ungulatum pulsu glacie disfracta, triginta Barbarorū millia uorticibus absorpta.

De Turcorum clade.

His paucis annis, quibus hæc commētabamur circa eundem Histrum, si Histrum Aitonus signauit (nam nomen disertè non posuit) par Turcorum numerus nescio an aliquanto etiam maior est frigore consumptus, cum annis alioqui uolentus magna ex parte concretus glacie, neq; nauigabilem se, neq; pedibus uadabilem ex hostico redeuntibus præbisset.

DE SOLER-

DE SOLERTIA ANIMI,

Caput VI.



Multa quidem & magna ingenio fuit, quae neque vires corporis, neque conatus queat ullus conficere: hinc certe est, quod saepe multi à paucis uicti sunt, remotusque est opifex unus aliquando pondera quae multa hominum millia nequiere: tota uita magis ingenio constat, quam uiribus, fuit haud dubie fortior Aiax, quam Ulixes: ceterum quia solers hie, idcirco & utilior habitus Graecis ad Troiam sedentibus, maiorem ex eo bello laudem reportauit.

De Mose.

Solertis & longe in futurum prospicientis fuit ingenij, quod Moses in Aethiopiae Aegyptiacum ducturus exercitum per infesta serpentibus loca, ut eam molestiam declinaret magnam uim comparauit ibidum, quia compertum haberet eam auem alatorum serpentum agmina debellare.

De Samfone.

Affecturus Samson Philistios, quos in senescerat clade aliqua subita, & inopinata, & quae uniuersam gentem attingeret, effectus: interrim omnis alieni auxilij expers, rem commectus est specie ridicula, sed euentu hosti calamitosam: enim uero multas numero uenatus uulpes, in Philistorum agros maturefcentibus iam segetibus immisit igni ad caudam

ad eandam appenso, quarum ancipiti fuga adeo flamma diffusa, ut uniuersa hostium regio uno tempore cum segetibus deflagarit.

De Gabaonitis.

Nec Gabaonites inertes, qui ut ab Hebraeis in foedus reciperentur, ut quam remotissimam esse putaretur, & à Chananeorum rationibus discreti, multorum dierum iter non uno affluerunt argumentis, trita calcamenta habentes, nucidi panis si iustia, & uapidum in utribus uinum, sed quam feliciter cessit id consilium (nam in foedus recepti sunt) tam seorsum de postea suggillati fraude cognita: nam pro socijs uix, pro secederatis sunt calones habiti.

De Israele.

Possit maternis artibus imputari solers illud Israelis commentum, qui Elau fratrem mentis manus hoc dulcina pelle obductas, obtulit patri, quibus primam hereditatis decus tulit. Quod uero Labanis soceri pecus uersicoloribus uirgis interuertit, affus fuit & uersuti homini ingenitae, quae adeo insigniter uni obtigit, ut non est etiam ex re sit adeptus.

De Francisco Barbaro.

Sunt & haec, quae sequuntur nostratia, uerum multo recentiora: cum Brixia urbs nobilis Vicecomitum armis graui obsidione teneretur, uerumque esset ad inopiam rerum omnium, praemittereturque desissa ei uites cum suo presidio, fuit interuocatus, & exitus

ali, Franciscus Barbarus præfectus urbis mulos harena onusibus sepe in urbem induxit, porta hostibus auersa, ut speciem multitudinis exhiberet leuanda famis nouo rei frumentariae inuictu: quæ ludificatio fecit ut perseveratum sit in terrendâ obsidione, quo ad breui post uerum affuit à Venetis subsidium cum comitatu.

De Nicolao Picinino.

Nicolaus Picininus, cuius ductu tum Brixiam tam arcta obsidione circumdata est, haud multo post prælio uictus à Francisco Sfortia, qui tum Venetum merebat stipendium, compulsumque ex acie in proximum oppidulum haud procul à lacu Benaco, ueritus ne oppidanorum prodicione hostibus decederetur, cum pusilla esset statuta à Gregario milite sacro obuolutus, per speciem prædæ inde asportandæ in tutum se deserui iussit.

De Alexandro sexto Pontificæ maximo.

Quid Alexander sextus an non memorabilem exemplo ludificatus est Carolum octauum cuius congressum cum ex confesso horreret, & rex iam proximus uehementius postularet, ut secum de summa rei in colloquium ueniret, apparereque uix tuto id negari posse, cum iam propemodum cogisset, benigne se iterum respondit pontifex, cum nihil id grauius facturus: caducatore inde regio à se dimisso diuersum iter ingressus irrequieto cursu ex urbe ueteri

ueteri Perusiam contendit, eo consilio, ut si rex cunctis seque secutus esset inde Anconem peteret, mox Venetias transfurus.

De Consaluo magno Agdariio.

Magnum & eam animi solertiam fuisse necessesse est, quàm usus Consaluus Agdarius Barulana obsidione à Gallis pressus non modo eos repulit, sed demum & uicit. Incluserant Consaluum Galli intra Barulum, qui ingenibus copijs asidebant, tenuit septem menses obsidio: cum Hispanus miles in seipsis omnibus locis unde comitatus inuehi in oppidum possent, ne à muribus quidem, & herbarum omni genere abstineret: in hac temporum difficultate nihil non excogitatum ab illo est, quo militum animos placaret: nunc enim monendo, nunc hortando, sepe sese gregarijs inscendendo, sepe spe uenturi comitatus, & subsidij solando adeo afficit, ut qui de eo necando cogitarent, mutata sententia in si de manserint: quo tempore constat illum diui Benedicti oraculo uictoriam sperare & monitum, ex quo mox ille uictoria potius eius familiæ Casinatem saluum cum uetustissimo Cœnobio restituum dum curauit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

ET PRIMVM

De Arpago.

ARpagus cui Astyages Medorum rex filium epulandum apposuit, occulte Cyrum per literas moniturus, ut Medos bello inuaderet, literas, quibus iuuenem accerserat, lepori exenterato inseruit, quem nuntius ad Cyrum detulit: nec Arpagi solertia irrita, nam & literæ tuæ in Persidem perlatae sunt, & Cyrus bello illato Medorum imperio potitus est.

De Histæo Milefio.

Histæus Milefius Aristogorâ ciuicū suū ad bellū cōpulsurus, ex Perside seruū misit, cui cæpiti abrafo inscripsit, quæ ab Aristogora fieri uellet: estq; apud se tam diu nuntium remoratus, donec capillus altiuscule renatus secreti consilij notas abscondit.

De Annibale Barchino.

Non minori solertia Pœnus ut Flaminiū cōsulem, qui in Hetruria erat improvisio accessu, opprimeret, per stagnantia Arni loca tres dies ac totidem noctes per uigilæ exercitū, irrupitq; repente in hostilem terram tanta hostium consternatione, ut non magis Cortonenfis saltus & Trasimeni obices iuuerint Punicam uictoriam, quamuis ea parte

parte illata qua minime expectabatur.

De Aphricano maiore.

Rependit maior Aphricanus Trasimenam cladem Carthaginensibus in Aphrica, cū res hostium per legatos, qui citro ultroq; induciarū pre-textu mittebantur, speculatus nocte una, bina hostiū castra incendit, incensa expugnauit, duosq; ualidissimos deleuit exercitus.

De Semiramide.

Quid Semiramis an iacentis animi aut ignauis filij ætas nondum matura esset regno, illius persona diu mentita, tanta indole imperium rexit, ut regnū breui tempore constitutum, & ob eam rem minus stabile ita opibus, & auctoritate auxerit, ut per multas inde ætates ignauiter alioqui adnūstratum, in suo tamen manserit uestigio.

De Orisontis Gallorum Reguli uxore.

Solers & Orisontis Gallorū reguli uxor non minus dico quàm pulchra: quæ cū omnū suæ gētis esse pulcherrima captiua asseruabatur in Anticyra urbe à Romano Cēturione cum multis milibus sui sexus. Ceterum insignis forma fecit, ut Centurionis libidini præter alias fuerit obnoxia, passaq; ab eo stuprum magna arte uim sibi allatam ultra est: oculate enim pasta ingens auri pondus pro se redimenda, Centurionem noctu extra urbem in secretū per-

traxit spe auri potiundi, quod serui a conuige ex co-
posito misit eo attulissent: hic illa suos Gallica affe-
tur lingua, ho stemq; iubet obtruncari: opprimatur
unus a pluribus iacenti caput mulier admir. ad em-
pium, ad Orisgonem defert: fatetur illa se passam
fuisse uim ab hoste, sed uoluntate a flagitio abfuisse:
id argumento esset, quod prius quam ad martiū ue-
nerit, id probrum fortiter uindicasset.

DE FAME MEMORABILI

Caput VII.



Sed fames inter tetra, & dira monstra
in uestibulo inferni ut uates summus in
genose fabulatur: esiq; pestis hæc om-
nium, quæ inibi sunt teter rima. et ad
omne scelus suadendum efficacissima: ex nullo ma-
lorum fonte foediora manarunt exempla: filio ù ca-
des, & infandæ epulæ hinc sunt: hinc præcipitalo-
nes, aliæq; festinate mortes: & quod omnium atro-
cissimum est, reperti sunt, qui seipso laniant: quæ-
do obscenos morsus in alios uertere non potuerunt.

De Samaritana fame.

Hoc arte fuit quod Doda Syriæ rege Ioram
in iudæa obsidente, matres inedia adactæ si-
lios necare, traxeruntq; uitam illorum uisibus,
qui omnium uita esse solem parentibus chariores.

De

De pretio asinini capitis.

Sortita est eadem illa obsidio aliud nefariū ex-
emplum, & si non eiusmodi diritatis, inedia
tamen miserabilis: uenijt asini caput octogenis num-
mis argenteis, quanti fortasse nemo meliori tempore
ad duā potuisset, ut ex eo portunculam gustaret.

De Hierosolymitana fame.

Recentior memoria est Hierosolymitani exa-
dij, quo tempore cum Iudæi arctius à Roma-
nis obsiderentur, reperta sunt à militibus omnia ob-
inediā discutētibus, in priuata mulierculæ domo pu-
erilia mēbra, quibus infelix mater oculis uescabatur.

De Italica fame.

Tvlit & Italia Gothicis tēporibus in arctissi-
ma frugū inopia exemplū huic simile. ut Da-
tius Mediolanēsis antistes prodidit, cui in literas mit-
tere fuit curæ. suæ diæceseos sceminā obscuri nomi-
nis, inedia subactū filij a se interfecti carnes existasse.

De Fame Mediolanensium.

Cvm Franciscus sfortiæ filius patrum memo-
ria Mediolanū obsideret, adeo est arcta ana-
nona auius laboratum, ut proditum sit memoriæ,
trita modicum uicinis aureis nummis uenisse.

De fame quorundam Italarum.

Eo anno quo hæc prodebamus, in non nullis
Flauinæ regionis, & Piceni agri locis, tanta

rei frumentariae caritas incidit, in magno Italiae motu, ut agreste, et inops vulgus ultimum remedium in uenerit in arborum radicibus, & herbis aris factis, iustisq; & in panis speciem subactis.

De Fame Barulana.

Verum hanc coeli interperies Flaminiae Vicensis peperit, illam in diuersa Italiae parte bella scire: obfesso enim à Gallis Consaluo Agdasrio intra Barulum (est id Apuliae celebre satis oppidum) tam ingentis fame laboratum consistit, ut miles detractas scutis pelles emollitas aqua maderit, nec ab herbis radicibusq; alio genere abstinerit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.
ET PRIMVM.

De Atheniensium fame.

Senserunt & Athenae aliquando portentosam famem, atq; omni aeo memorabilem. Sylla, qui postea Romae dictator fuit, eam urbem obsidete, erant misera ciuitas medimni tritici mille drachmis, vulgo & omni ignobili multitudine gramimbus circa urbem nascētibus, & calcis coctis auidius uescente: uenit in eadem urbe tritici drachmis tritici modius, Demetrio Antigoni res Atticae grauius affligente, sed fames haec tolerabilior, ac breuior priore.

De

De Petelinis.

Ineiderūt Petelini in id discrimē in Italia dum suam Rom. Pop. fidē praeter ceteris Bruiijs aduersus Pœnos probare contendunt: hi longa obsidione fatigati coria exscutis detraxere, ut quoquo modo possent, inde sibi uictum quaerere.

De Cassilina fame.

Poenis Rom. praesidium ad Cassilinum obsidentibus, forex trecentis est argenteis nummis emptus, inuidioso pretio sed auctione magis inuidiosa, quippe quae uitam emptori tribuit, ademit inuitori.

De fame Rom.

Alijciatur his unum Rom. Pop. exemplum non uulgare, quod uerum esse demonstrat nihil mentitū fuisse eum, qui scripsit ieiuniam plebem nihil praeter famem timere. Enim uero insigni quadam annone caritate, Pop. Rom. tam etsi sub tyranno uerius, quam principe constitutus, fame tamen urgente Claudium imperatorem clamore, & conuictio in publico exceptum, fragmentus panis ita instrauit, ut fugienti similis per posticum sese in palatium repperit.

QVI

DE IIS, QUI IN ARTIBVS,
AVT DISCIPLINIS PRAE
STANTISSIMI FVE=

RE. Cap. VII.



ulchrum est in omni artium & studi-
orum genere excellere, & quia pul-
chrum, & optabile, idcirco natura ho-
mo desiderat ceteris omnibus in suo
ordine prestare: quo enim altiora sint ingenia, eo
magis laude effertur, acriusq; nititur in arduū lau-
dis cupiditate. Hinc (ut credere aequū est) praeda-
rus ille in quibusdā profectus, qui eo uenerint, ut ali-
qd supra hominē sapere crederetur, Quales Thales
ille Milesius (nam in his nulla fere nostrorū sunt ho-
minū exēpla) qui multo prius solis defectū, qui sub
Aethiæ rege fuit, et maiore quodā miraculo in sex-
centum annos solis, & lunæ cursum praecinuit.

De Hipparcho.

Hipparchus (nam haec disciplinarū exempla
multo recētia sunt, quā in ut ad originē nū-
di referri possint, aut ad tēpora originibus proxima)
haud alio modo, q̄ consiliorū naturae particeps, men-
ses gentiū, diesq; & horas, ac locorū situs est, euo te-
ste fote nitissime cōplexus. Idem manifesto argumēto
cognitionis hominū cum sideribus, stellā suo euo ge-
nitam in caelo deprehendit, rem ad id usq; p̄p̄mo
dum

dum ipsis caelestibus improbā stellas, & omnia caeli
sidera posteris numerare.

De Anaxagora Clazomenio.

Magnū hoc, sed Clazomenij Anaxagorae il-
lud adhuc maius, qui caelestium literarū sci-
entia praedixit, quibus diebus saxum esset è caelo ca-
surum, nec praedictio caruū euentū: lapis uehiculo ma-
gnitudine, colore adusto inter diu decedit ad Aegeos
flumen, quē sit posteritas miraculi loco uisere solita.

De Anaximandro.

Fuit et in Anaximandro Milesio diuinitas quae
dam, à quo Lacedaemonij praemoniti sunt, ut
urbem, & tecta custodirent, quando motus ingens
terre instaret: cōsq; non multo post pars Taygeti
montis magno telluris tremore, in sulicētam urbem
prouoluta, attulitq; Spartiatis tectorum, & hominū
cladem supra modum calamitosam, sed multo maio-
rem allatura, si res non antea prouisa fuisset.

De Berofo

Reddidit & Berofo Attica ciuitas magnum
Astronomicae scientiae testimonium cui statuam
in gymnasio posuit maurata lingua, ob certissimum
euentum eorum quae praedixerat: pulchrum uirtu-
tis praemium, quia nobilissima id dedit ciuitas, ue-
rum quia eadem & sapientissima, multo adhuc
pulchrius.

De Hippocrate.

De Hippocrate.

Magna Athenarum autoritas, sed totius Græciæ multo maior, quæ Hippocrati medicæ artis scientissimo, qui uenientem ab Illyrijs pestem prædixit dimisitq; circa urbes discipulos, qui in sinuantem se malo occurrerēt, honores, quos & olim Herculi decreuit.

De Asclepiade Prusensi.

Quid homo maius præstare homini potuisset, quid maiore admiratione dignum, quam quod Asclepiades Prusensis dedit? deploratum & pro extincto iacentem hominem e' funere uitæ reddidit, sed maior adhuc in eo quod dicam apparuit, quod cum fortuna sponsonem fecerit, ne medicus crederetur, si unquam inuidus ulla modo fuisset, estq; uoti compos factus, subito scalarum lapsu suprema senectæ exanimatus.

De Archimede Syracusano.

Quid Archimedes Syracusanus, quantâ in eo machinariæ scientiæ facultas? onustam nauim solus remolitus est, traxitq; quo uoluit, cum ingens uis mortalium ne mouere quidem suo quiuisset loco, quid quod ingenio confusus testari ausus est, si alterum terræ globum fuisset adeptus, utrumq; se alteri fuisse applicaturum & accessit laudis cumulo Marcelli ducis fortissimi iudicium, qui Syracusis captis, uenit Archimedem uiolari.

De Archyta

De Archyta Tarentino.

Est & Tarenti Archytæ nomen uel uino opere clarum, lignea columba ab certa ratione cõpacta, quæ aërem semel sortita perpetuo uolatu per ipsum inane, spiritu intus incluso agebatur, nisi solidum aliquod offendisset corpus.

De Orpheo.

Quod cantu Orpheus feras, uolucres traxerit, à natura non abhorret: nam & cerui pastorali fistula mulcentur, & aues quædam cantu capiuntur uerum quia proximum sit fabule, tutius est præterire.

De Arione.

Multum sane quod de Arione proditum est memoriæ: exceptum hunc medio mari à Delphino ad concentum Ilyræ, per longa æquorum spatia in Tanarum Laconie incolumem delatum, stipulata est huic famæ non tantum uetustas, sed et statua ex ære, quæ ibi loci fuit monumentum rei gestæ: Arion Delphino sedens.

De Timotheo.

Timotheus cum ad Alexandri mensam cæneret, mutatis de industria modulis regem repente uelut insanum statuit in pedes, cõgigitq; ad arma prosilire, rursus remittente cantu, continuo et regis remisit affectus.

De Pythagora

De Pythagora siue Damone.

Cvi uero notior ars nobilissima, quam Pythagore siue Damon ille potius fuit: à quo in suis Tibicen spodeum canere, temulentam iuuenum manum, que pudice domui imminabat ab iniuriarum uocauit.

De Apollodoro Grammatico.

Amphictyones sanctissimum Græciæ conciliū honores Apollodoro Grammatico habuit: quod decus nulli (quod sciam) contingit in aliquo genere artis, nisi Hippocrates fuit, qui in pestilentia auerruncanda fuit Græciæ utilissimus.

De alijs quibusdam illustribus.

Sunt et alij alio tamen genere laudis, magnum suonen adepti. Ctesiphon Gnosius Ephesiæ Dianæ templo miranda quadam arte extracto. Philon Athenis armamentario mille nauum capaci. Dinocrates, qui Alexandriam in Aegypto affabre matatus est.

De summis Opificibus.

Tribuit Alexander suo edicto tribus diuersarum artium principibus uiris, præclarū laudis testimonium, suum cuiq; in suo genere, quo uentit ne se quis alius pingeret quam Apelles, quam Lysippus ex ære duceret, quam Pyrgoteles sculperet.

De M. Tullo, & Pericle Athenesi.

Marcus Tullius tantū, dicendi facultate adeptus

deptus est, ut pro eloquentia eius sit nomen receptū. Tantum Pericles Athenesius, ut fando fulgurare, et tonitrua ciere sit dictus.

De Consuluo Agridario magno.

Sed quantum hi duo eloquentia celebres, tantum disciplina militari nostra tempestate Consuluo Agidarius excelluit. Gallos hic minores aliquato copias ducens duplici prælio uicit. Neemensem ducē qui regis uicē gerebat, interfecit. Neapolim his ademit, eos iterum maiore apparatu regnū inuadentes, ad Lirim prostigauit. Caieta expulit. Regnūq; id omne demum, quod Siciliae citra Pharus appellant. Aragoniæ familiæ restituit.

DE MEMORIA, ET HVMA-
NORVM SENSVM PRÆ-
STANTIA, Cap. IX.

De Antonio Rauennate.

Sunt his memoriæ exempla subtexenda, quæ secundum rationē nil deus dedit hominū sanctius, nil utilius, & ad eruditionē aptius: est hæc thesaurus disciplinarum omnium, artiumq; studio & labore questarū cultus fidelissima: aliquid certe uidit sapiēs poëta, qui Musarū Memoriam dixit matrem nec minus prudens, qui Leichen huic contraria contra est, apud inferos statuit, constat id

stat id bonū naturæ beneficio, augetur tamen & excolitur arte: in quo genere unum exemplum & singulare uidit nostra ætas in Antonio Rauennate qui multa millia rerum stans percipiebat animo, & eo, quo accepti essent ordine, memoriter reddebat, sed hæc artificij sunt, non naturæ.

De Mitbridate rege.

MAiore admiratiōe dignus Mitbridates rex Ponti, quo nullus regum diutius, grauiusq; exercuit Romana arma, fertur is duabus & uiginti diuersis nationibus, quibus imperabat, sua cuiq; lingua ius dicere solitus, & pro contione singulas sine interprete affari.

De Cyro rege, & L. Scipione.

CYRUS rex, qui immensos ductauit exercitus, omnibus militibus nomen reddidit: sic. L. Scipio quod æque mirum uideri possit Pop. Rom.

De Cynea Pyrrhi regis Legato.

CYNEAS Pyrrhi regis legatus postredie quā Romanū uenerat, Senatū, & equestrem ordinem proprio nomine salutauit.

De Cesare Dictatore.

SUPERFUIT & Cesari Dictatori id bonum, quod scribere, & legere uno tempore dictareq; & audire sit solitus: epistolas magni ponderis quas serenas pariter dictabat, aut si non aliud egiisset, septenas.

De Carmide.

De Carmide.

CARMIDES in terra Græcia, quæ quis uolumina exegisset, in bibliothecis legentis modo representauit.

De Memoriz iactura.

CETERUM quo res hæc pretiosior, eo magis iniuriæ obnoxia: nam præterquam quod tenet interdū se ipsam relinquere, ictus lapide quidā literas prorsus oblitus est: alium tecto præcipitū matris, & propinquorum cœpit obliuio: Messala Coruino oratori grauius ægroto, seruorum & sui ipsius nomen exadit.

De Visu: Et primum de Iliade Homeri.

EXE DUNT fidem exempla acerrimi usus: fuit illas Homeri in membrana tam concise, & minutim notata, ut testa nucis includeretur. Strabo quidam (id enim nomen reddidit illi M. Varro) in Lilybeo Siciliae promontorio sedens, naues ex portu Carthagini excuntes numero prædicabat, oculo riuacie in centum trigintaquinq; millia passuum procul excurrente: fuit & Callicrates acerrimi usus, qui formicas, & alia minuta animalia in ebore sculpsit, quorum partes quedam ab alijs cerni nequias

De Auditū,

(uissent.

EST & sua auditū fama: prælium, quo Sybaris in Italia excisa est, eodem die, quo pugna illa comissa est, ab ijs audita est, qui Olympia in Græcia

kk spectabant

spectabatur.

De Voce.

Voculissimus omnium, qui ad Troiam militavit (si Homero credimus) fuit Stentor: ut omnium qui cum Dario bellum Scythis iniulerunt Aegyptium quidam, qui procul stans Histium Milesium clamore uocans ad Danubij ripam reuocauit, quae res salutem regni attulit, et regio exerauit. Thrasylbulus omnes Aethiopes uocem superauit, ut Pescennius Niger Romanos, qui a deo uocalis fuit, ut cum in aperto uerba faceret, ad mille passuum uox eius audiretur.

De Celeritate.

Canistius Laedemonius, et Philonides cursor, Alexandri mille die uno et trecenta stadia decurrerunt, qui stadiorum numerus consistit milia passuum centum sexaginta duo et amplius aliquid. Nec minus dignum admiratione, quod Rome Fœtore, et Vipsiano Coss. puer nouem annorum a meridie ad uesperum confecit octoginta milia passuum perpetuo aut suauis et Tiberius Nero uigentibus de Druso fracte grauitate egrotante nuntijs tribus uehiculis ex urbe in Germaniam sistens nocte, dieque ducenta milia passuum emensus, quantum uiae nullus quod proditum sit quadrupedibus fecit unquam.

De Robore humani corporis.

Contigit quibusdam prodigiosum propemodum robur corporis, ut Rusticillo, quem Herculeum appellat

appellatum scripsit Varro, qui mulum suum sublime sublatum ferebat. Trititanus ex gladiatorio Samnitium ludu hostem ex prouocatione secum dimicantem uno digito uicit, superatumque ac correptum in castra transfudit. Age et quam ualidus. C. Iunius ualens fuerit, ex eo censetur, quod curru oleis onustum dum per ortum exinueretur, sustinere solitus est. Idem carpenta una manu comprehensa obnixus continebat iumentis etiam contra nitentibus: is in praetorio Octauij Augusti (nares uetustior credatur) militauit. Nemo ad haec corripere potuit C. Milonis Athletae digitum, cum malum teneret.

De Agilitate corporis.

Rome sub Caesaribus inter spectacula populo exhibitus, productus est, qui per aduersum parietem filis modo reptando scanderet, et qui sabre factis sibi alis, altius a terra uolans per aerem auis modo ueheretur.

De Viribus corporis.

In Maximino imperatore, qui Alexandro Mamae filio successit, tantum uirum fuit, ut equum pugno percussum nudaret dentibus, Topiacros lapides foraret digitis, diuidebat masculas arbores manibus: quapropter a multis Milo Athletae uocatus est: quantum eius statura octonos pedes, et pollicem.

kk 2 DE ED

DE EDACITATE ET INGLV-
VIE HOMINVM.

Caput X.



Ed non magis hic corpulentus, & ualidus, quàm edax, & potulentus, quippe qui quadraginta libras carnis uno die esitabat: alij sexaginta scribunt: potabatq; utri amphoram adeò ubertim sudante corpore, ut calice sudor colligeretur, impleueritq; uno die collectus sudor treis sestarios: edaator propemodùm Albinus, qui quadàm tenuis imperio potitus est in Galilia, centum persica, denos pcones hostiliæses, quingentus ficos passarias, & quatuorcenta ostrea una deuorauit cœna. Firmus Seleuciùs (quãdo in portu cossã edaatorẽ sua sponte inãdit stilus) Struthio camelum, quo nullũ uoluerẽ est maius uno die comedit: huius ductu Aegyptus ab Aureliano primãpe defecit, Idẽ Hippopotamos esitauit natauit impune inter Crocodilos, eius animalis adipe delibutus.

DE SAGITTANDI PERITIA,

Caput XI.



Vit in Domitiano principe sagittandi peritia insignis, utpote qui inter digitorũ interualla expansse manus pueri post parietẽ statũs sine offensa sagittas emit

teret

teret. Maior iaculandi facultas in Cõmodo, qui Faustine fuit & Marci principis filius, qui centum ictibus in arena totidem strauit lcones tam ualidis uiribus, ut Elephantẽ hasta, & Orygis cornu transfigeret, ut plures feras intercũ uno cõficret ictu: adeò certa illi manus, ut quicquid oculo destinasset, iaculo, & sagitta contingeret. Gladiatores, Retiariosq; circiter mille aut uicẽ aut occidit, trecenties sexages quinques uiuo adhuc patre in id certamen descendit.

De Andrea Agidario.

Non sagittãdi peritia in Andrea Agidario, quando sagittarum usus Italiã non admodum frequens, sed tormento eneo utendi, quem à sonitu (ut arbitror) Scelopetum appellant, commendari potest: nihil hic quamuis exiguum dummodo oculo consequi possit, non assequitur, ut quãam Domitianus, & Cõmodus imperatores iaculando in austrinam ostẽdere, hic facile prestare tormẽto hoc ualeat,

DE PRODIGIOSA CONCVBITV.

Caput XII.



Aeterum quãdo eò uenimus ut promiscue insignia corporum exempla ponerentur adijciatur unum, & si fœdum relatu, ingentum tamen corpori. Proculus Cæsar Albingunus genere, sua epistola testatus est se centum uirgines Sar

Kk 3

maticas

maticas bello captas quindecim dierū spatio ad unā uitasse, atq; ex his decē nocte una, sed maior in Mes salina, quæ Claudij fuit uxor, libido, quæ ancillā prostituta ex pronocatione quatuor & uiginti supra unū concubitus, sed monstra hæc nitæ. nō exempla.

DE EXTREMIS VOLVN-
TATIBVS.

Caput XIII.



Nil spe hominis incertius: in nulla remortalitas ingeniosius seipsam decipit & traducit, estq; iā documēto, quod per quā paucorū, ne nullius dicā extreme uolūtates sunt à reliquā uita non alienæ, aut arte aliqua ex parte diuersæ, aut si non diuersæ pœnitentie tamen indices, aut querelarum plenæ tanquam uita medio actu rerum abrupta: ut nemo fere sit eorum, qui terrena curant, pendētq; ex uulgo iudicio, qui non se aut citius extinctum malit, aut nō diutius uixisse doleat: hic quæ factum aliquid uel leti, ille quod facti pœnitat: solum qui iustitiam, & pietatem colunt, minus fortasse sine huiusmodi afflictibus obnoxij: nam sine his nemo (ut arbitror) morientium est: qui si nil de futura uita solliciti sunt, aliquid certe in ante acta desiderant.

De isa-

De isaacho.

Isaachus filium Esau maiore natu heredem relinquere in animo habuit, at deceptus israelcm reliquit, uoluit enim mutare, quod imprudens fecerat, aut certe non potuit: decessit igitur altero orbatus filio, altero non libero quia in fratris mancipio multo letius uita exiturus prole integra, ut meliore parte non adempta.

De Mose.

Quam futurorum sollicitus Moses uita decesserit, cum si equens legumlatio demonstrat, tum quod leges postero latas sanxit, atq; inuiolabiles fecit ad postremos, execratione interposita si quis unquam antiquare esset ausus.

De Saulo Rege.

Nulli iudeorū regū, ne ceterarū gentiū diuicam fortius propositū peruenti fuit, quam Saulo, qui in eam adē cum filijs descendit, in qua se, & suos cognouerat perituros: paruit fortissimus rex fatali necessitati, quæ leuius ferentibus incubit quam repugnātib;: at sui cōpos uoti nō perijt.

De Dauidē.

Sed quā huius fortis, & inuictus animus, tam Dauidis pius ad extremum: qui morti proximus illud primū, ultimūq; mandauit filio, ut templū tam augustum & opulentum, quam ipse animo conceperat, deo Opt. Max. edificaret.

Kb 4 De

De Solomone.

Longe aliter affectus obiit Solomon, qui per manus ab eo regnū accepit, tā etsi pia omnia sunt mētibus proponēda, anxius tamen & fātorum anceps uita, decepsit, Achivē prophetica significatione cōmotus, qui fore dixerat, ut cū rex à maiorū pietate aberrasset, ipsius regnū in partes dilaberetur.

De Christo.

Sed quæ supremarū sit uoluntatū maxime optabilis, Christus uirtutū omnium exemplar ex alto crucis patibulo omnibus demonstrauit: id summū ducis exemplū omnis eius militia secuta, ut ne de inimicorū quidem salute extrema desuerit cura, adeo de communi laborandum putarunt.

DE ETHNICIS EXEMPLIS
ET PRIMVM.

De Alexandro magno.

Subegerat toti orientē Magnus Alexander, & iā de Aphrica subigenda, cogitabat, ut ea subacta, Europam Macedonū armis subigeret: he tū erant illius curæ, cum festinata mors tātas spes abruptis, illustri documento, iuxta summam & ima equis à morte spatij distare.

De Philippo Rege.

Inter Hemi montis ascensum, & Demetrii filij necem Philippus Macedonia rex Romanum bellum

bellum meditatus est, eundem fortassis exitum habiturus nisi morte intecrim præuentus esset, quæ Perses habuit, cui id bellum non aliter, quam regnū reliquit hereditarium.

De Mithriade ter uictō.

Cogitabat Mithridates rex ter uictus à Romanis per Gallias bellum Italiae in ferrē, Aethiopiæ, & maioris Aphricani exempla secutus, qui hostilem terram inuasere, ut suam bello liberarent: potuit ferocissimus rex tam Italiae infestus esse, quam Pœnus olim fuit, si cum exercitu terram ipsam intrasset. sed filij defestione, proposito auersus, ac desperatione actus, quia ueneno non potuit, ferro perire maluit, quam cuiquam seruire.

De C. Mario.

Caius Marius septimo consul, & iam propē septuagenarius diem obiit. Ceterum propinquus morti, fortunam crudelē appellauit, quod priusquam consilia, & desyderia sua peregrisset, iusta abrupteretur.

De Consuluo Agidario magno,

Eandem fortunam Consuluo quandoq; aduersam consilij suis expertus est, uoluisse is expugnata Cephalenia, Chalcidem decreto petere, & Turcis trepidantibus circa Peloponnesum arma Veneta ostentare: præmissis iam qui ea loca diligentius explorarent, Iacobo Agidario itineris duce

Kk 5 uir

uiro solertissimo; sed Pisaurius Venetus imperator certo quodam consilio obstitit: matus id facinus ratus, quam ut ex sententia rem cessuram speraret. idem expulsis regno Neapolitano Gallis eos Mediolanen si imperio eodem victorie impetu deturbare parabat. Andrea Agidarij uiri in primis impigri opera ad hoc usus, uerum secute mox inter Gallos, Hispanosq; induciae prohibere.

De Platone.

Quanto sapientius Plato, qui extremo uita tempore gratias egit naturae, et suo Genio, quod homo, non bestia natus esset, Graecus non Barbarus, quod Socratis temporibus, à quo sapienter potuit institui.

De Antipatro Tarsensi.

Antipater Tarsensis mortem obiturus cum propter alia quaedam suam laudauit fortunam, cogitq; gratias, tumq; quod ex Tarso profectus Athenas usq; prostrerrima usus esset nauigatione.

De Augusto principe.

Miserum, et infelicem appellauit Pop. Rom. Augustus princeps iam morti proximus, qui sub Tiberio priuigno futurus esset: quae uox arguit dolenter eum tulisse, quod talis sibi successor cõuigisset, aut quod Rom. ciuitati perniciosus, aut quia licet priuignus, sui tamen hostis quondam situs.

DE HONO

DE HONORE IN DEFUNCTIS
EXHIBITO Cap. XIII.



Ribuerunt humanae geites multos honores multis, sed alios alia de causa, cognomina, staturae, arae, templa, & alia ornamenta, quae aut publice decernuntur, aut hominum consensu tribuuntur, uirtutum sunt praemia: sunt & Graeiae interdum formidinis, sepe assentationis, & alieni studij. Quae uero defunctis dantur, mera pietas est, meiui amor, & ante aeternae uitae testimonium, in quo non spectatur, quid uelit is, cui honos exhibetur, sed quid meritus sit, non quid alij dandum putent, sed quid quisq; datum uelit: nihil enim efficacius est, aut aptius ad colendam defunctorum memoriam, quam humani animi affectus, qui liber est, nec ab illo cogi potest.

De Iudeorum affectu in Moysen defunctum.

Quale studium Hebraicae fuit gentis in Moysen, qui populum ex Aegypto educatum in libertatem asseruit: hunc uita defunctum uniuersa multitudo tricenos luxit dies, diuiniu ludura (ut credere est) nisi mos gentis obstuisset.

De Iudeorum affectu in Saulum.

Est & Saulo, qui primus in Iudea rex fuit non paruus honos post mortem perfolutus, quae

quem Pbilisto bello cum filijs ad Ge'boën montē interfectum, & ad ludibrium gentis crucis patibulo sublatum, Iudæi in noctu sustulerunt: cædaver suerant publico luctu in parte Galaaditane terre, ieiunio septē dierū omnis sexus, & ætatis indicto.

De Christo.

ARE, templa, imagines, oratoria sacella, festi, & solennes dies, ieiunia, uigilie, & omni-faria cerimonia, quas Christo regi, & sacratissime eius militie decreuit humana pietas, tanto sunt ceteris honoribus, qui in terris decernuntur maiores, sanctioresq;: quanto sanctior fuit illorum uita, quam cæterorum hominum, qui omni æuo florere.

De Christi templo,

Miratur hodie Byzantium augustissimū Sophiæ templum, quo nullum fuit olim in terris sanctius, quia Christo sit sacrum, qui uera est sapientia: nunc sacrorum ratio mutata, & ob eam rem minus uenerabile.

De Apostolorum templis.

Habet & Roma sanctior Byzantio, quod in hoc genere miretur Barionæ Basilicā in Vaticano & Hostiensis uia, alteram Tarsensi Paulo sacram, utrang; immāni amplitudine, & apparatu uisendo, religio utrobq; ingens, sed Vaticanæ ob p̄ficiam domum maior̄ celebritas.

De Pantheo

De Pantheo.

Sacravit & Pantheon pia posteritas Deiparæ uirgini in eadem urbe, opus cum sua mole, iū quod una sit testudine complexum, inter pauca memorabile.

De templo Lateranensi.

Obtigit & Ioan. Zachariæ filio augustum, & opulentum phanum, religione, cerimonia, & donarijs nobile, tum quia pontificis sit maximi sedes, longe nobilissimum.

De Francisci Afisiatis templo.

Statuertunt & Francisco Afisiati municipes sui, templum augustissimum: pulchrum, & uenerabile Mediolanenses diuo Ambrosio, sed omniū opulentissimum Veneti diuo Marco, qui urbi præsidet: quo nullum est hodie in terris opulentiore, magisq; uisendo apparatus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

Consecrarunt & prophani ex suis quosdam cœloq; intulerunt, non iustitiam, nō pietatem, et innocentiā intuentes, sed ut e commoda: id demum rati deum esse hominem iuuare, ceu nulla melior ratio iniri possit cœlum affertandi: hic quia uitē inuenit, ad morum perniciem, illa quia triticum ad uetris uoluptatem, cœlo digni iudicati sunt: sed omnia quæ his de

Arda

lira decreuit uetustas, tam longum sit credo, quam non necessarium ponere: quæ igitur ad hominū memoriā propagādam superstitēs defunctis decreuere breuiter memorabuntur, ne copia fastidium pariat.

DE FVNEBRIBVS LVDIS.

Caput XV.



Sty; omnium uetustissima memoria sine nebrum ludorū, quos Græcia in Nemeæ Archemoro instituit, nisi forte sit adhuc his uetustior, quos Acastus in Iolcho Thessaliæ primus celebrare dicitur: fuerūt in secunda fama et Isthmiachi, qui Scyronis memoriæ dati sunt, nec multo recentior res est Patrocli funus ad Troiam, et in Sicilia ad Drepanum Anchisæ patri ab Aeneâ editi, sed poetiis hæc decora fabulis, magis quam historica fide subnixâ.

De Ione Dyrachi nepote.

Smile illud quod ab Ione Dyrachi nepote sit Ionium mare dictum, quem imprudens Hercules in acie peremptum in mare proiecerit.

De Myrtilo.

Par hos contigit et Myrtilo Hippodamiæ aurigæ, par Helle Athamantis filiæ, Pelopi, Palinuro, Miseno, quorum nomina, maria, montes, Peninsula non patiuntur interire. Trans eo mille urbium

urbium nomina, per quæ multorum mortalium omnino euo stabit memoria.

De Iunio Bruto.

Certior fama, et fidei propior de Iunio Bruto: hunc quia pudicitiam in Lucretia uiolatam fortiter ultus esset, Tarquinij urbe eiecisset, matrone totum annum luxere: idem Quiritium prius in funere à Valerio Collegalandatus.

De Ephestionis funere.

Alexander, qui Orientem domuit, Ephestione defuncto mulis et equis detonsis, urbium pinnacula diruit, Tubas et cetera instrumenta uetuit in castris canere: postremo diurnos illi honores, et sacrificia ut semideo indixit oraculum secutus: tria milia histrionum funeribus ludis adhibuit, omnem Cussetorum gentem trucidauit, testatus eas se dare insirias Ephestionis manibus, denis milibus Talentum, defunctum extulit.

De Marcelli funere.

Magnus quidem, quod Alexander dedit Ephestioni, sed plus omnino quod Pœnus hostis, M. Marcello, quem insidijs exceptum, et obtruncatum exquisitissimo exequiarum funerauit apparatus: fuit illud amici iudicium, hoc hostis insidiosissimi.

De Grachorum

De Græcorum memoria.

Plebs Rom. duobus Gracchis ab optimatum factione interfectis, statuas, sacellaq; his positit locis, in quibus isti conciderant, coluitq; tanto studio, ut quotidie in his sacrificia fierent: inde illud Corneliæ matris, habere tandem filiorum corpora digna suis uirtutibus sepulchra.

De L. sylle finire.

Nvlli Quiritium maior honor contigit in sinere, quam Cornelio Sylle: qui Rom. omnium primus ciues proscripsit suos: ex thure & aromate a mulieribus congesto statua legitime magnitudinis compacta est: senaq; lectorum nullia in defuncti memoriam strauit ciuitas.

De Lyfandro Lacedæmonio & Phocione Atheniensi.

Lyfandro Lacedæmonio aram, & sacrificia post mortem instituit Græcia: Phocionis ciues aliuic repetitos, publico sumptu funerauit Atheniensis ciuitas: statuam æream defuncto crexit, accusatorem capite damnauit, non suum modo iudicium pertesa, sed iudicij autorem, quod & Socrati datum planè constat, quem cum in fensa damnasset ciuitas, damnatum, statua decorauit.

De Antonio Triumuiro, & Cleopatra.

Dedit Cæsar Augustus Antonio college olim suo, dedit & Cleopatræ reginæ sepulchrum, opere,

opere, & materia inter pauca memorabile.

De Mausolo Regi.

Sed multo opulentius celebriusq; statuit Mausolo Carie regi coniux Arthemisia: præclarum opus, & quod magnum reginæ nomen attulit.

De Alphonso Agdarijo Bætico.

Nostra uero ætas uidit in Alphonso Agdarijo (qui dux cõfecto Bætico bello Mauros iterum rebellantes à rã Arundã oppugnabat. in qua pugna suorum negligentia fortiter fugando occubuit) tantam funeris pompam, ut præter regios prope exequiarum apparatus, singulæ ciuitatis Hispaniæ suis quæq; locis illi iusta persoluerint: neq; minor nunc eius interfecti apud Hispanos fama, quam Cõsalui fratris celebritas, qui Neapolitanum regnum incredibile felicitate Gallis ademit: sepulchro talis inscriptio regnum decreto est addita, ut appareat illud tanquam numen ab omnibus cultum. Huius memoria resq; ab eò præclare gestæ ne penitus interirèt: Idæi Agdarij ara effectum, qui Tropheæ & alia monumenta illi erigenda in agro Brixiano curauit.

MARCI ANTONII SABELLICI
EXEMPLORVM LIBRI
DECIMI FINIS.

LI

OPVS DE

DE NIMIA OBSONIORVM AP-
PETENTIA, PER STEPHA-
NUM NIGRVM EX MVSO
NIO GRAECO EX-
CERPTVM.



LNapiam ab Heraclē, quē tantē fuisse uoracitatis Epicharmus in Busiri de scriptū reliquit, ut inter edendū molaribus inhiēderet, maxille striderēt, aures mouerētur, guttur itus resonaret, naribus sterteret, solitaq; interdū mēbra inherētibus adhuc carbombus deglutiret, quae utiq; spectātibus terrorē incutiebāt. Hūc (Zenodotus scribit) Lepreus Cauconis filius, & ipse edacissimus, ad uorādī certamen ausus, puocare, perq; facile supatus est. † Matris quoq; scriptor praestātiſſimus, Zenodotā stipulatur, q̄ in Herculis laudatiōe ait, potiomibus etiā cū Lepreo certasse Heraclē. superioremq; fuisse. Homerus Vlyſē edacē, helluonemq; ostendit (inquit Athenaeus) cum eum ita inducit loquentem:

Αλλ' ἔμ' ὀρνεύσαι, μὴν ἰδούαι,

& cetera quae sequuntur. Theagenes, Thasius, alib letā, solus taurum comedit: ut Posidippus in epigramate testatur Milo Crotoniata (ut Hieropolites Theodorus,

odorus, in libris de certaminibus autor est) minas uiginti carnum edebat, totidēq; panū, uini uerō tres choas bibebat. In Olympia, cum per medium stadiū taurum quatuor annos natum humeris tulisset, cundē uno die epulatus est. Titornus quoq; Actholus, Titornus sibi cœnato bouem apposuit, totumq; (ut Actholus Alexander prodidit) prius quā in de surgeret, deuorauit. Asbyadamas Milesius, ter in Olympico certamine uictor, ab Ariobarzane Persa ad cœnā inuitatus, quae cunctis parauerat, omnia se esurum pollicitus est, idq; re ipsa perfecit, nā quae nouem cōniuis fuerant parata, solus deglutiuit. Persa autē prestante, ut uires suas aliqua re ostenderet (ut scribit Theodorus *ἐσθίου τῶν ἡλλήνων περιχαλκῶν ὄντα κλάσει· ἔστιν ἡ μάχη.* Defuncti, cōbustiq; ossium uix duae capaces fuere urnae. Omnes athletae (ut autor est Athenaeus) post certamina, nullū esse docentur. Quo circa Euripides in Autolyco cecinit, innumeris in Graecia malis existentibus, nullum esse athletarum genere deterius: quippe, quod uentri obediret, atq; inutile esset, in Graecos quoque inuictus est, quod ad huiusmodi hominum spectaculum conuenirent. Heraclitus *ἦν τῷ εὐλύβῳ* ait mulierem quandam nomine Helenem plurima cāsse. Phibomachus uoracissimum fuisse, ostendit Posidippus in epigrammatibus. Herodotus Magarensis tubicera

Ll 2 corpo

Lepreus
edax,
† Forte
Marius.

Milo Cro
toniata

Titornus
Asbyada
mas.

Helenē

cor poris proceritate triū fuit cū dimidio abitorum (ut Amarares Alexandrcus in his que de sana loquitur testatur) Edebat autem panū cœcemicas sex, armū libras uiginti, bibebat choas duas. Duabus amabat tubis, in leonis pelle solus dormire cōsueuerat. Cū Demetrius Antigonis filius Argos obsideret, nec machinā quandā ἐλεπόλιρ nomine, muris admoventes potēst, duabus illis inflatis tubis, tantā inicit uim militibus uocis plenitudine, ut cācōstima ad mœnia impulerint. Εὐκρινος δὲ τῆρ παρτοδωρ δακρυς, καὶ ἰδὲ πῦρ καὶ ἄλλο

Ἐλεπόλιρ.

id est. superauit autē periodō decas,

Lituerfas

et sedēs cœnabat (ut Nestor in theatricis cōmentarijs testatur) Lituerfas, Midæ noibus filius Celenarū in Phrygia existentū, rex usu terribilis, atq; immanis fuit, nec nō et uoracissimū (ut in Daphnide Sophiteus tragicus meminit) Cambles Lydorū rex, usq; adeo, et bibax et edax fuisse à Xantho, in Lydiacis proditur, ut uxorē noctū deuorauerit, et cū mane sibi eius manna in ore inuenisset, se ipsum interfecit. Εὐκρινος δὲ τῆρ παρτοδωρ δακρυς, καὶ ἰδὲ πῦρ καὶ ἄλλο

Thys.

This Paphlagonū rex, maximus belluo, à Theopompo fuisse scribitur. Εὐκρινος δὲ τῆρ παρτοδωρ δακρυς, καὶ ἰδὲ πῦρ καὶ ἄλλο

Cherippus.

Quid de Cherippi mentione dicam (qui ut Phœniades in Pylarcho pulcherrimē scriptum reliquit) quicquid apponeretur edebat. Nicolaus peripateticus, in æntesima tertia memorat historia, Mithridatem Ponticum regem, argēti talentum proposuisse, quod illi in præmium daretur, qui edacitatis ab bacacitatis certamine uictor extitisset,

Mithridate.

et tiffet,

affet, ipsūq; regem in utroq; superiorē factum asserit. Neptum altissimum gargem se fuisse Timocreo Rhodius Poeta, et Athleta pentathlo. suo hoc testatur epigrammate:

Ἦολλὰ πρῶτ' ἢ τὸ πολλὰ φαρῶν, καὶ πολλὰ κκε' ἰεπῶν
Ἀνδρῶποσι, καὶ μῆλα τιμοκρεῶν ῥῶσα.

Quam inexturabilis fuerit uoracitatis Cantibaribus Perfes, hinc facile unicuiq; datur intelligi, quod (ut Clearchus ait) quoties maxillas nūmū mādando defatigatas sentiebat, haud secus abos hiantes in fundaret familiares atq; in aliquod inanimatū uas aliquid infundere cōsueuit. Erisichthon, Myrmidonis filius nulla ciborū copia expleri poterat, ut Hellanicus testatur, et multis exemplibus noster indicat Ouidius. Aethon itaq; diæbatur. Palamō in nono ad Timēū, inquit apud syculos esse ἰδὲ Σηφαγίαι ἰερεῖρ καὶ σιταῖρ δὴ μὲν ἴσθ' ἄρα μιν, ὃ πῆρ ῖρ σκόλο τὸ βοιωτικὸν μυσθαῖρ του καὶ μὲν αλομαζον. Quod profecto indicat, tā syculos quā Bœotios uicē ac gulæ fuisse inseruientes, unde prouerbiū est, Σικαλὴν τρεπτεῖς, hoc est, Sicala mēsa.

Cantibaribus

Erisichthon.

Sicala mēsa.

Bœotij edacis.

quod in eos dicitur qui in maxima rerū saffluētia sumūq; uiuūt delitijs, quod Sialorū mense lautæ, adipate, opiparæq; haberētur. Quod autem Bœotij edaces fuerint, Eubulus in Cecropibus, Diophylus in Bœotio, Anesimachus in Busiride, Alexis in Trophonio, et Achæus in ærtaminibus testantur. Ferpelus quoq; ab Eratosthene, quid sibi de Bœotijs uideretur interrogatus, respondisse fertur.

Τὶ γὰρ ἄλλο ἢ τοὶ αὐτὰ ἰλλήλοισιν, δια τὴν κοινήν ἀγγέλειαν φωνῆν
λαβόντες ὡς οὐρανὸν ἡσυχάζουσιν. Quae uerba significat
ea tantū inter se loqui solitos, Bœotios, quæ uisā, si
orationis faciulas esset, loquerentur: quātum scilicet
unusquisq; cibo ū caperet. Vnde nō immerito

Bœotio-
sus.

τίμαρ, id est, Bœotia sua, inter adagia recēsetur, q; in
insensatos, ac pontus rudes dici solet: nā qui se sus
quæ eruditio, in his esse unquam potest, a puā quos
nulla alia de re, quā de esculētis poculētis ue uer
ba fiāt Alcman poeta seipsum edacissimum fatetur.
Anaxillus comicus ait Ctesian quendā cœnæ princi

Philetæ-
ros.

piū nouisse, ignorasse finē: nec nō et Cranā quem
piā. Philetæros quoq; in Atlāta seipsum edacē fuisse
his uerbis ostendit: ἄλλο δὲ τὸ τροχάτω σκιδνακλίω Σωτῆ
δου, τὴν ταυρίτην δὲ τοῖς πόλοιι ὑπερβαλῶ, τὸ ρ κτισίτην
καὶ τὸ φαγίτην ὑπερβαλῶ, hoc est, si opus fuerit plura
quā in Sotades curro stadia Tauriten laboribus su-
pero Ctesian uero edēdo lōge antecedo Damippus

Damip-
pus.

qui ἀίρατος, id est, fulmē cognominatus est, maximus
fuit ciborum deglutitor, ut Anaxippus in Cerauno
dramate ab ipso Damippo denominato testatur. i =

Atresii-
des

tresidas quidā Mantineus, primpilus, omnibus e-
dacitate prestuisse hominibus a Theophilo traditur
Pharsalijs πολίφαγοι, hoc est, multum edentes et uo
races a Mnesimacho in Philippo sūt appellati. Quod
autem Thessali πολίφαγοι, fuisse prodantur, Crates
Thebanus in Lamia testatur: Ἐκὶ τριπύχησιν ὄντιαι

405

ἢ τὴν τριπύχησιν. Hoc autē ideo dixit, utpote Thessalis
carnes in magna secātibus frustra. Diabāt prætera:
ὄντιαι κίβητος ἰσχυροί, hoc est, Thessaliā magnā, Aegy
ptios Hecateus Artophāgos esse memorat. Aristophi
lophus ait, Palemonē acadēmicū, monere ad cœnā
proficiētes solitū, ut suauis biberent potiones: nō
in præsens tantū, uerū etiā in crastinū. Cleomones
Spartanus, cū apud Scythas merū potare dedidicif
set, in furorē redactus est: et Lacones affirmat, quod
Chamæleō Heracleotes, in libro de ebrietate memo
rat. a Nacreonti uitio datur, quod temulentus fuerit
(ut inquit Athenæus) cum eius poemata uno refer
ta sint: ignorantibus multis quod cum esset in scri
bendo bonus ac sobrius, ebrietatem simulauerit uul
la urgente necessitate:

Laudibus arguitur uini uir sus Homerus,
inquit Horatius, Alcæus quoq; uini appetens pro
pterea habitus quod scriptum reliquerit:

Μεθῆρ ἄλλο φρεσὶνσι πρὸς τῶν ἀνδρῶν ἀμπίλου.

Ad cuius imitationem Horatius Odarum libro pri
mo inquit:

Nullam Varesacra uite prius seueris arborem
Circa mite solum Tyberis et moenia Chauli.
Lydi, Persæ, Carthaginenses, Cætae, iberes, Thrae
ces, Scythæ, ebrietate uiuntur, ut in decimo ligum

LI 4 Plato

De infā
gniori =
bus pota
toribus

Nestor, Plato testatur. Nestor ille Homericus, $\tau\rho\iota\tau\epsilon\tau\alpha\iota$ herouū bibacissimus habitus est: nā omnium maximē potationibus infuseuebat, quoniam etiā ipsū Agamēnonem, cui ebricitatē obijcit Achilles, bibēdo superabat. Proteas Macedo bibacissimus exiit, ut inquit Ephantus in libro de Alexandri, $\tau\epsilon\pi\theta\epsilon\tau\text{onis}\xi$; excuquīs corpore tamē ualidissimo fuit, ut pote potationibus asuesctus. Alexander Magnus $\alpha\omega\tau\alpha\pi\text{riov}$ $\delta\iota\text{o}\chi\omega\upsilon$ cū pestifesset, Proteas oppinauit, ac deinde porrexit. Quod Proteas cū arripuisset, maximisq; regē ipsū esset laudibus profectus, toti omnibus simul applaudētibus, hausi. Mox Proteas ut idē poculū ad se ferretur mādauit, iterūq; cū bibisset, regi pro opinauit. Alexander uero id quidē cōstanti arreptū animo ebibit: sed ferre nō potuit, quoniam protinus caput in puluē demitteret, poculumq; de manibus excideret, unde morbo correptus decessit, Dionysio, ut ait in ipsum Alexandrū excēdescēte, quod Thebas sibi patriā dirrupisset. Tantū autē uim Alexander ipsemet inter diū inurgēbat ut prae ebrietate duos sepe numero dies totidēq; noctes somno premeretur: q. tam Eumenes, Cardianus quā Diodorus Erithreus in Diarijs rerum ab Alexandro gestarum tradiderūt. Apud Medeam Thessaliam cum cōnaret Alexander, uiginti conuiuiis discumbentibus, omnibus proopinauit, ab omnibus equalia recipiens, ut Nicobule testatur Casius quoq; Pergamenus, in historici

eis monumentis scriptum reliquit: Alexandrum usq; adeo ebrietari solitum, ut ueliculo ab asinis tracto, ad amicos p̄ficisceretur, quod & Persarū reges (ut idem inquit) sacere consueuerūt. Dareus ille qui **Macedon** Dareus. (ut apud Athenaeum legitur) $\iota\delta\lambda\alpha\upsilon\alpha\mu\eta\upsilon$, $\kappa\theta\sigma\ \epsilon\iota\upsilon\alpha\upsilon\ \tau\omega$ $\mu\epsilon\tau\ \omega\ \lambda\epsilon\upsilon$, $\kappa\theta\sigma\ \tau\epsilon\tau\omega\ \sigma\acute{\iota}\mu\upsilon\tau\ \kappa\alpha\lambda\omega\delta\sigma$, hoc est, $\epsilon\tau\ \omega\tau\epsilon\alpha\ \mu\alpha\lambda$ Ebrietas uim uim bibere, idq; benestire. Ctesias ait apud In solennis dos non licere regi ebrietari: Persarum uero regi Pers. reg uno die permitti, quo sacra faciūt soli quē Mithran appellant: quod Duris in uono historiarū his uerbis affirmat: $\text{E}\mu\ \mu\acute{\epsilon}\nu\eta\ \tau\omega\ \rho\epsilon\gamma\omega\ \mu\epsilon\tau\omega\ \mu\epsilon\tau\omega\ \mu\epsilon\tau\omega\ \mu\epsilon\tau\omega$ $\tau\omega\ \mu\epsilon\tau\omega\ \beta\alpha\sigma\iota\lambda\epsilon\upsilon\sigma\ \mu\epsilon\tau\omega\ \mu\epsilon\tau\omega\ \mu\epsilon\tau\omega$ $\kappa\theta\sigma\ \tau\omega\ \mu\epsilon\tau\omega\ \beta\alpha\sigma\iota\lambda\epsilon\upsilon\sigma\ \mu\epsilon\tau\omega\ \mu\epsilon\tau\omega$ $\kappa\theta\sigma\ \tau\omega\ \mu\epsilon\tau\omega\ \beta\alpha\sigma\iota\lambda\epsilon\upsilon\sigma\ \mu\epsilon\tau\omega\ \mu\epsilon\tau\omega$ A qua saltatione omnes Persę codē die temperant. Nam Persę ut equitationibus, ita & saltationibus maximē student. Philippus Alexandri pater, **Philippus** philo. $\alpha\tau\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\tau$, hoc est, potationis amicus erat, ut tradit Theopompus sexto & uigesimo historiarū libro, $\chi\eta\upsilon\ \mu\epsilon\tau\omega$ $\mu\epsilon\tau\omega$, dicebat Philippus, hoc est, bibere oportet, cum plusquam satis esset, bibere optabat, ut tradit Charystius. sa is est enim ut Antipater sobrius sit. **Meas** Meas appellabat Theopompus $\tau\omega\ \mu\epsilon\tau\omega\ \mu\epsilon\tau\omega$. Dionysium Lundrem Siciliae tyrannū ait Aristoteles in Syracusanorum poltia oculis uino laborasse. Nam in Ebrietas terdum nonaginta dies continuos ebrius erat. Nysæ tritū mensus Syracusarum tyrannus, & Apollo Crates, priorum, tris Dionysij filius (ut Theopompus tradit) plurimū **L 5** bibeant.

bibebant. Timolauus Thebanus omnium maxime uolu
 Charidas ptatibus inferuuit, ut Theopompus ait. Charidamus,
 mus que athenienses donauit ciuitate, semper bibebat,
 semper erat ebrius, ut idem Theopom. scribit. Ar-
 cadion bibax fuit. Item Erisixenus & Alcetas Ma-
 cedo qui propterea xon denominatus est (ut inquit
 Polemon) quod chone ori inserta infusum cotinuet
 Cleome= uinum biberet. Cleomenes Lacedaemonius, cum esset
 nes. ebrius, seipsum gladio interemit, ut Herodotus scri-
 bit. Ion philopotes fuit, ut testatur Baton. Xenar=
 chus. chus Rhodius, ob nimiam uini ingurgitatio-
 nes cognominatus est. Alexander Mag. in Calani exe-
 quijs, qui se sponte in pyra coniecerat, gymnicum nu-
 sicumque certantem constituit, & cum Indos uini appe-
 tentes non ignoraret, meri quoque agona ita proposuit,
 ut certantium primus talentum, secundus triginta
 minas, tertius decem assequeretur. In quo certanti-
 ne superior extiuit Promachus, quod sex choas bibisset,
 ut Chares historicus Mitilencus auctor est. Diony-
 sius tyrannus (ut refert Timaeus) in coenatio, quod
 xon dicitur, bibentium primo auream coronam in
 praenium proposuit, quam Xenocrates philosophus
 affecutus, Mercurio in aula stanti, statim imposuit, ut
 & florea, sepius imponere consueuerat, qua de
 re omnibus admiratio fuit. Anacharsis Scythes pro-
 posito apud Pertandrum bibendi certamine, omnium
 primus factus est ebrius, uictoriaeque praenium petiit.

tanquam

tanquam illud esset uictoriae finis. Cicero Aegy-
 ptius, cum a uatibus audiuisset, fore, ut cito morere-
 tur, omnibus sese tradidit uoluptatibus, multis lu-
 cernis praeparatis, ad quas noctu quoque biberet.
 Anasim & ipsum Aegyptiorum regem bibulum fu-
 isse Herodotus testatur. Nicototeles quoque Corin-
 thius philopotes in primis extiuit, ut tradit Hermias
 Methymneus. Item Scottas, Creontis filius, ueteris
 Scottae nepos, ad eum uolentus fuit, ut pro tribunali,
 in omnium conspectu uouerit dominum; relatus fuit:
 ut Phoenias Eresius literarum monumentis n. adauit, q.
 M. Antonio Triuuiro accidisse his uerbis testatur
 Cicero: Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiato-
 ria totius corporis firmitate, tantum uini in Hippie
 nuptijs exhauseras, ut tibi necesse esset in populi Ro-
 mani conspectu uomere postridie. Arsius & The-
 mison fratres, e iprii genere, Anthiochi regis impe-
 rium administrabant, ipse enim (ut Philarchus me-
 morat) maiorem temporis partem ebrius iacebat.
 Polypotes, hoc est, mulubibus & Antiochus, co-
 gnumine, ut iquitur, qui obses apud Romanos ex-
 titit, quem Polybius propterea inuicem non
 quum, hoc est, insanum, non insignem appellat, quod
 omnia temere profunderet. Hic est qui pri-
 uatum quempiam, iccirco unguenti liquidi
 bydrisceplis,

hydrisceplus, quam duas choas habente, perfundi
mandauit, quod cum cum uidisset unctum dixerat:

Μικὰ ριπὴ ἢ βασιλῶ πολυτλάς ὄζει

Antiochi
libido in
cōiujs.
Hoc est, beatus es o rex preciosum oles. Antiochus
in Antiochia certamina cū celebraret, omnes specta-
tores unxit crocino unguento, cimanomino, nar di-
no, amaricino. Conuocans autē eos ad epulas inter-
dum mille, nonnunquā mille quingenta, lautissimo
præciosissimoq; cū apparatu cōplebat triclinia: mi-
nistrabat etiā quādoq; cōiuus, illiq; epulātibz sal-
tabat. Antiochus superiori cognominis qui in Mæ-
dia contra Arsacē pugnavit philopotes erat, ut Pos-
sidon. Apameus inquit, cui iam capto dixit Arsaces.
Tua te spes frustrata est o Antioche: sperabas enim
magnis te poculis Arsacē regnū exhausturū. Antio-
chus cognomine Magnus qui à Romanis, ut Polyb.
tradit, unctus est, cū iam quinquagesimū ageret an-
num Chalcida Eubœæ ciuitatē pfectus, nuptias cele-
brauit, Nam Cleoptolem Chalcidensis filiam duxit
uxorē, quam ipse Eubœam nuncupauit. Duabus rgi-
tur rebus maximis à se neglectis: libertate scilicet
quam Græcis pollicitabatur, & bello, aduersus Ro-
manos nup̄ suscepto, nuptijs uacabat, quod & philo-
potes esset & temulētia maximē oleſtaretur. Quā-
re à Romanis bello superatus, Ephesum cū sponsa
cōfugit. Agron Illyriorū rex, ob superbissimos Ae-
tolos à se domitos, temulētia de diis pleuritide mor-
bo

bo corruptus, interiit, ut Polybius scribit. Tenthion,
& ipse Illyriorū rex temulētia impulsus, multa cō-
misit delicta. Nam cum die noctiq; ebrius esset, &
Pleuraton fratrē, Menurtij filiā uxorem ducturum
interfecit, & in subditos carnificinā exercebat. De-
metrius (ut inquit Polybius, qui cū Romæ obses esset
aufugit) Syrorū rex polyptes maxima diei parte e-
brius erat. Olophernes Cappadocia rex induxit (ut

Olephes
nes.
Cleo.

Polyb. memorat) τὴν ἰκτριλὴν υἱὸν τεκλιλὴν Ἰωνιάρου.
Cleo mulier fuit τολυπότης, ut scribit Phalæchus in
epigrammatibus. Xenarchus ad indicādam mulierū
uini appetentiā, feminā in pentathlo ita non in ue-
nuste induxit loquentem: Ἐμοὶ γίνετο σαρρὶ ἴσθητι τέκνον
ἰλίνθερον ποιοῦσαρρὸν ἀποθαυγέρι, Sit mihi te uiuente
o filia, ut liberū bibens uinum intercā. Addit præ-
tereā eodem pentathlo Xenarchus: ὄρεδον οὐδ' ἰὺδ' ἡ-
τακίδος υἱὸν ἄσνον ἡρῶρα, quasi uelit innuere, maximum
tū esse mulierū iusturādum, cum per uinum iurāt,
Alexis de Græcis loquens mulieribus:

Γυναικὶ δ' ἀρκεῖ πᾶντ' ἴαμ' οἶνον & πρῶτον

Id est, mulieribus omnia sufficiūt, si uinū adsit. Ta-
pyrrhi gens non procul ab Hircania adeo est uini
auida, ut Bæton & Amyntas testantur, ut nulla alia
utantur unctiōne. ctesius addidit eos esse iustissimos
φιλῶντες. Messenionum finitimi potionibus maximē
oblectantur. Bizantios adeo esse uiolentas atq; im-
bellis docet Philarchus, ut & domos suas, cū uxoribus,

ribus, hostibus locantes, in duerforijs habitent
 & bellicam tubam, ne in somnijs quidē audire pa-
 tiantur. Argiui ac Tyrinthij ab ephippo in busiri-
 de, ut uiolētī capiuntur. Milesios temulentos, &
 cōtumeliosos esse dicit Eubulus. Eorum ebrietatē
 Polemonis epigramma satis manifeste nobis indicat.

Ἡλιος γὰρ μέθυσι καὶ φέβεται, οἷον ἰκάνων

οἷον τοῖν καὶ σὺ παταῖσι πάλαι.

Thracēs omnes bibaces fuisse memorantur: unde
 Calimachus: καὶ γὰρ ὁ θρηάκιος μὲρ ἀπὸ τοῦ ἄ-
 μυσίου οἶνον ποτεῖται, ὀλίγω δὲ τῷ αἰσθηθῆαι Ἰλλυρίη cenāt
 sedentes ac bibunt, uxoribusq; propinare pulchrū
 existimant. Latissimis uentrē præcingunt zonis cū
 bibunt. Eumenes Pergamēnus, Philetēri Pergami
 regis nepos, temulentia periit, ut Ctesiles in tertio
 temporū tradidit. ^{ποτῆρος} nuncupauit Alcæus Ga-
 nymedem. Anacharsis docet oculorū quoq; aciem
 temulentia decepti. Nam cum in quodam cōuiuio cœ-
 nantiū quispiā dixisset: Vxorem ὁ Anacharsi de-
 formem duxisti: Mihi id quoq; uidetur respondit
 Ἀλλὰ μοι γυγῆρον ὃ ποτῆριον ἀπὸ τῆς εὐραῖας, ὅπως αὐτῆς
 καλῆν ποιεῖται, hoc est, sed mihi puer meratus in fun-
 de poculum. ut scilicet, ipsam pulchram faciam.
 Sperabat enim fore, ut tunc sibi uenustior uideret-
 tur, cum esset ebrius. Aristoteles in libro quem de
 ebrietate composuit, peculiare quiddam ac præci-
 puum illis accidere consueuisse ostendit, qui potio-
 nibus ex ordeo confectis inebriantur. Nam cum in-
 quit

quit ita usu euenire soleat, ut qui alia quacunq; po-
 tione inebriantur, modo in dextram, modo in sini-
 stram, nunc proni, nunc supini cadant, or deacea po-
 tione quam ^{πιθον} uocant, ebrijs factis, casus est sem-
 per supinus. Ordeacē autem uinum, ^{βρυτον} Sopho-
 cles in Triptolemo: Aeschylus in Lycurgo nomi-
 nat. Hellenicus ex radicibus quoq; Bryton fieri his
 uerbis indicat: ^{βρυτον δὲ βρυτον ἢ βρυτον καὶ βρυτον οἷ}
^{οφάνης ἐν κρηίδῳ.} Quod ex frugibus potus fiant, do-
 cet Plinius quoq; in uigesimo secundo, ut zythum in
 Aegypto, celta & cera in Hispania, ceruisia & plu-
 ra genera in Gallia, alijs prouincijs. Scitum
 est inquit Plinius Scytharū legati, quan-
 to plus biberint, tanto magis sitire
 Parthos. Sed de bibacibus
 atq; edacibus satis di-
 ctum sit.

BASILEAE EXCVDEBAT
 HENRICVS PETRVS.
 MENSE MARTIO, AN.
 M. D. XXXIII.





